

CAPUT III.

De Voto.

DUBIUM I.

Quid sit Votum, et quotplex.

194. *Quid est votum.* — 195. *Quotplex est votum.*Quid sit
votum.

194. — « Resp. I^o. Est promissio facta
« Deo deliberate de bono possibili et me-
« liori. — S. Thomas ¹. Vide Sanchez et
« Laymann ².

« Unde patet, quod votum sit actus la-
« triae soli Deo debitus. Quare, dum vove-
« mus quaedam Sanctis, sensus est voveri
« ea Deo in honorem simul Sanctorum »;
[Ut ex communi acceptione Ecclesiae:
Salmant. ³] « sicut tempa et altaria aedi-
« ficamus Deo in eorumdem honorem. —
« Porro ex singulis particulis datae defi-
« nitionis multi casus resolvuntur: quos, ut
« vitetur confusio et consulatur memoriae,
« separatis dubiis proponam ».

Absolutum
et conditio-
natum.

195. — « Resp. II^o. Dividitur votum:

« 1^o. In *absolutum* et *conditionatum*. —
« Illud est quod fit sine ulla conditione: ut,
« voveo eleemosynam. Hoc autem, quod
« fit cum conditione, ita ut, nisi hac po-
« sita, non exsurget obligatio: ut, voveo
« eleemosynam, si sanitati restituar; vel
« (quod dicitur poenale), voveo facere di-
« sciplinam, si hoc fecero.

Solemne et
simplex.

« 2^o. In *solemne* et *simplex*. — Illud
« est quod ut tale acceptatur ab Ecclesia;
« et sunt haec duo: votum castitatis, quod

« majoribus ordinibus annexum est; et
« votum professionis religiosae. Simplex
« autem votum est omne aliud, quod talem
« solemnitatem non habet.

« Ubi sciendum quod votum *solemne*
« reddit personam jure inhabilem ad con-
« tractus vel actus contra votum: ut ad
« matrimonium vel dominium bonorum
« habendum. Vide infra, Lib. IV, cap. I,
« in *Tract. de Statu relig.* — Simplex au-
« tem tale votum, v. gr. castitatis (excipio
« quod in Societate Jesu emititur post no-
« viitatum), aut ingredienda religionis,
« etsi reddat contractum, v. gr. matrimo-
« ni, illicitum, non tamen invalidum. Vide
« infra, Lib. VI, de *Matrimonio*.

Effectus
voti sole-
nis.Reale et
personale.

« 3^o. In *reale* et *personale*. — Illud est,
« cum pecunia vel alia res externa pretio
« aestimabilis promittitur: ut calix, ele-
« mosyna. Hoc autem, cum aliqua homi-
« nis actio vel cessatio ab actione: ut vo-
« tum jejunii, peregrinationis, abstinentiae
« a lusu.

« His aliqui adjungunt *mixtum* ex Mixtum.
« utroque: ut si voveas peregrinationem
« cum oblatione alicujus rei. — Vide Les-
suum ⁴ ».

¹ 2^a 2^o, qu. 88, artic. 1 et seqq. — *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 1. — ² Lib. 4, tract. 4, cap. 1, num. 1. —

³ Tract. 17, de Voto et Juram., cap. 1, n. 29 — ⁴ Lib. 2, cap. 40, dub. 6.

DUBIUM II.

Quae requiratur Voti deliberatio et intentio.

196. *De deliberatione requisita ad votum.* — 197. *De voto emissio ex metu.* — 198. *De voto emisso ex errore.* — 199. *An obliget simplex propositum.* — 200. *An ad votum sufficiat promissio implicita.* — 201. *Quale propositum voluntatis requiratur ad votum.* — *Hinc plura quaeruntur: Et 1° An teneatur ad votum, qui positive noluit promittere et se obligare. 2° Qui non habuit animum implendi. 3° Qui negative noluit se obligare, sciens obligationem voti.* — *Qu. 1. Quid, si nesciens. Qu. 2. Quid, si quis voluit promittere, et positive noluit se obligare. Qu. 3. Quid, si quis dubitat an se voluerit obligare. Vel, an noverit obligationem voti. Quid, si dubitet an fecerit propositum aut votum.*

Requisita
ad voti va-
liditatem.

Aetas et
ratio suffi-
cients a d-
mortale.

Excipitur
professio-
nem.

Semiplena
deliberatio
non sufficit.

196. — « Resp. Cum voti obligatio sit gravissima, requiritur *intentio, delibera-
tio et libertas perfecta*, qua quis libere et directe in se voluerit promittere, cum animo se obligandi. — Ita doctores com-
munit: Lessius, Bonacina ¹.

« Unde resolvet:

« 1°. *Aetas et usus rationis* ad voven-
dum ea sufficit, quae satis est ad pec-
catum mortale, perfecto actu humano
et directo in se volitum. Excipe tamen
votum solemne religionis, quod invali-
dum est ante certam aetatem.

« 2°. Non obligat votum factum cum semiplena animadversione vel delibera-
tione; v. gr. ex repentina animi motu,
vel consuetudine lingua mentem pree-
veniente, vel ex calore iracundiae rationis usum auferente. Azor, Sanchez,
Trullench ²: ubi notat non esse sufficiens
indictum, quod defuerit perfecta ratio
vel deliberatio, si voventem facto voto
mox poeniteat; item, motum irae raro
et vix unquam impedire usum rationis ».

Hinc videndum an adsint aliae circum-
stantiae adjunctae. Vide Salmant. ³. — Pec-
cat autem saltem venialiter, qui levi con-

¹ Less., lib. 2, cap. 40, dub. 1. — ² Disp. 4, de 2^o Pr., qu. 2, punct. 1, n. 8, 12 et 13. — ³ Azor., part. 1, lib. 11, cap. 16, qu. 5. — ⁴ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 1, n. 2. — ⁵ Lib. 2, cap. 2, dub. 1, n. 3 et 4. — ⁶ Tr. 17, cap. 1, n. 11. — ⁷ Loc. cit., n. 13. — ⁸ Loc. cit., n. 14. — ⁹ Sanch., loc. cit., n. 14.

196. — ^a Palaus, tr. 1, disp. 3, punct. 11, n. 3 et 4, putat quidem eum probabilius voto teneri; oppositam tamen opinionem negat probabilitate carere.

^b Diana, part. 4, tr. 3, resol. 11, de opinione negante dicit: « Ego etiam probabilem esse iudico ».

^c Hic agitur de eo qui certus est se votum emisisse, sed dubitat qua mente illud emise-

sideratione emittit vota magni ponderis (Salmant. ⁴). Licit inde ad ea sit obligatus ⁵.

« 3°. Quod si is qui scit se vovisse, du-
bitet ancum sufficienti deliberatione et
usu rationis, ob defectum aetatis: — si
quidem vovit ante septennium, votum
non obligat, nisi constet de sufficienti
rationis usu; quia eum jus in tali non
praesumit, et possessio stat pro libertate.
Si vero post septennium vovit, obligat;
quia possessio est pro voto, cum prae-
sumatur usus rationis, nisi constet op-
positum. — Si denique dubitet utrum
ante, an post septennium voverit: teneri
voto vult Sanchez et Palaus ^a; negat
Diana ^b, etc. ». [Sed probabilius, San-
chez].

In quocumque autem dubio, an defue-
rit plena deliberatio ^c, valet voto. Salmant. ⁶ cum Suarez, Sanchez, Palao, etc. Item, in dubio an vovens emiserit voto
metu coactus, vel an metus fuerit gravis, Salmant. ⁷ cum Bonacina et Trullench. — Secus in dubio an materia fuerit honesta vel possibilis; quia tunc voto nondum possidet. Salmant. ⁸ cum Palao ^d, Sanchez ^d et Suarez ^d.

⁴ Tr. 17, cap. 1, n. 147. — ⁵ Suan., tr. 6, lib. 4, cap. 6, n. 4. — ⁶ Sanch., de Matrim., lib. 1, disp. 9, n. 12 et 13. — ⁷ Pal., tr. 1, disp. 3, punct. 10, num. 3 et 4. — ⁸ Loc. cit., n. 147. — ⁹ Bonac., disp. 4, de 2^o Praec., qu. 2, punct. 3, § 1, n. 11. — ¹⁰ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 3, n. 4. — ¹¹ Tr. 17, cap. 1, n. 168. — ¹² Ex cap. *Perlatum I*, de his quae vi metusve causa fiunt carere debent robore firmitatis; et ex cap. *Cum locum, de sponsa-
lib.*, ubi: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit.*

rit: « an animo se obligandi, an cum plena deliberatione, etc. », ut Salmant. loquuntur; at auctores a Salmant. allegati non disputant de dubio an cum plena deliberatione; sed de dubio an ficte vel cum animo se obligandi voto fuerit emissum; vel etiam an vovens sciverit voto obligare ».

^d Palaus, loc. cit., punct. 12, n. 1 et 2; Suarez, loc. cit., n. 12 et 13; Sanchez, lib. 4,

Votum in
ebrietate fa-
ctum, non
valet.

« 4°. Vota facta in ebrietate, etiam ante praevisa, et sic volita in causa, non sunt valida; cum non sint volita in seipsis et directe; bonum autem non consurgat nisi ex integra causa; quamvis ad peccatum satis sit voluntarium indirecte et in causa. — Laymann ¹ ».

Votum
metu fac-
tum, quan-
do valeat.

197. — « 5°. Vota facta in metu, non in-
cuso ad hoc ipsum ut voto extorque-
retur, valida sunt; quia sunt simpliciter
voluntaria et deliberata ». [Sicut etiam
valida sunt vota, facta ex metu intrinseco
aut juste incusso. Salmant. ²]. — « Facta
autem in metu, injuste incusso ad ipsum
votum extorquendum, invalida sunt. Ex
communi. Non quia non sint voluntaria;
sed quia vel jus ea irritat, vel Deus non
acceptat, ne det vim injustae coactioni;
idque, sive metus sit gravis sive levis:
dummodo quis formaliter ex solo tali
metu voveat. — Suarez ^a, Sanchez, Fil-
liuccius ^b ».

Sed Quaestio haec est: *An votum emis-
sum ex metu gravi injuste incusso, sit
invalidum, saltem ex jure ecclesiastico?*

Prima sententia negat cum Suarez ^a, Silvestro ⁴, Pontio ⁵, Palao ⁶; et merito probabilem vocant Bonacina et Trullench, apud Salmant. ⁷. Excepto tamen voto solemni, emiso in professione religiosa, quod certe est nullum ⁸. — Secunda probabilius affirmat: ut Busenbaum, et Sanchez ⁹, Lessius ¹⁰, Azor ¹¹, Navarrus ¹²; ac

¹ Lib. 4, tr. 4, cap. 1, num. 4. — ² Tract. 17, cap. 1, num. 161. — ³ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 8, num. 12. — ⁴ Tr. 6, lib. 1, cap. 8, num. 5. — ⁵ V. Metus, qu. 8, i. f. et v. *Votum II*, qu. 12, i. f. — ⁶ De Matrim., lib. 7, cap. 29, n. 9. — ⁷ Tr. 15, disp. 1, punct. 5, n. 18. — ⁸ Bonac., disp. 4, de 2^o Praec., qu. 2, punct. 3, § 1, n. 5. — ⁹ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 3, n. 4. — ¹⁰ Tr. 17, cap. 1, n. 168. — ¹¹ Ex cap. *Perlatum I*, de his quae vi metusve causa fiunt carere debent robore firmitatis; et ex cap. *Cum locum, de sponsa-
lib.*, ubi: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit.*

cap. 5, n. 32; et cap. 6, n. 6, loquuntur de dubio circa materiae honestatem; sed prorsus idem valet de materiae possibilitate. — Hoc solum addunt Palaus et Suarez: in dubio de honestate consulendum esse superiorem; quodsi vero tempus urgeat, nec possit recurri ad superiorem, voventem immunem esse a voti obligatione.

197. — ^a Suarez male citatur a Busenbaum: nam, tr. 6, lib. 1, cap. 7, n. 12, dicit voto metu gravi injuste emissum, validum esse, stando in jure naturae vel divino. Et cap. 8,

Salmant. ¹³ cum Trullench, Bonacina, Val-
entia, Soto, etc. Ex cap. *Ad audienciam,*
*de his quae vi, ubi dicitur: Quae vi me-
tusve causa fiunt carere debent robore fir-
mitatis;* et ex cap. *Cum locum, de sponsa-
lib.*, ubi: *Cum locum non habeat consensus,*
ubi metus vel coactio intercedit.

Excipitur tamen, si metus juste illatus
fuerit ¹⁴. — Vide Salmant. ¹⁵.

Utrum autem *votum ex metu levi in-
justo emissum, sit invalidum?*

Affirmat hic Busenbaum cum Suarez ^c
et Filiuccio ^c; item Navarrus et alii plures
apud Sanchez ¹⁶. Ratio (ut dicunt), quia
ideo metus irritat votum, eo quod plenam
consensus libertatem auferat: ergo metus
quoque levis irritabit, quando eamdem
libertatem auferat, et causa est ut votum
fiat. Et hanc opinionem probabilem vocat
Sanchez. — Sed probabilius est senten-
tia opposita, quam tenent Sanchez ¹⁷ cum
Soto, Valentia ^d, Sà, Azor, etc.; ac Sal-
mant. ¹⁸, qui vocant communem, et probant
ex cap. *Perlatum, de his quae vi, etc.* Ra-
tio, quia non censemur causa rei tam gra-
vis, prout est votum, levis metus, qui de
facili rejici potest; ut pariter dicemus *de
Contract.*, n. 718.

198. — « 6°. Quoad vota emissâ ex er-
rōre: si error fuerit circa substantiam
materiae promissae, vel circa condicio-
nem substantialem, vel circa finem, sive
rationem formalem ac motivum vovendi;

¹ Votum c-
missum ex
errore:

¹³ Lib. 4, tr. 2^o, disp. 6, qu. 6, punct. 4, v. f. - *Sotus*, de Just., lib. 7, qu. 2, art. 1, vers. *Secundum argumentum*. — ¹⁴ Ex cap. 1 et 2 de adulterio et stupro; cap. *Ex literis 10*, et v. *Votum II*, qu. 12, i. f. — ¹⁵ De Matrim., lib. 7, cap. 29, n. 9. — ¹⁶ Tr. 15, disp. 1, punct. 5, n. 18. — ¹⁷ Bonac., disp. 4, de 2^o Praec., qu. 2, punct. 3, § 1, n. 5. — ¹⁸ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 3, n. 4. — ¹⁹ Tr. 17, cap. 1, n. 168. — ²⁰ Ex cap. *Perlatum I*, de his quae vi metusve causa fiunt carere debent robore firmitatis; et ex cap. *Cum locum, de sponsa-
lib.*, ubi: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit.*

n. 5, addit Ecclesiam de facto non irritasse
talia vota, praeter professionem religiosam.

^b Filiuccius, tr. 26, cap. 1, n. 10 et 11, loquitur sane de metu in genere; sed omnia exempla quae afferit sunt de metu gravi. Et assertit vota ex ejusmodi metu emissa, valida quidem esse jure naturae et divino, invalida tamen esse ex jure ecclesiastico.

^c De Suarez et Filiuccio, qui a Busenbaum allegantur, vide notas ^a et ^b hic supra.

^d Valentia, in 2am 2ae, disp. 6, qu. 6, punct. 4, v. f., vers. *Secundo*, negat obligare

circa substantiam,

circa conditionem substantialem,

circa causam finalis,

Error circa substantiam invalidat.

Item, circa circumstantias substantiales.

Secus, circa conditiones accidentales.

« votum nullum est », [Cum Salmant. ¹]. — « ut, v. gr. 1^o. Circa substantiam: si quis voveret certum aliquem suum causam, quem putat argenteum, cum sit aureus; vel, se ingressurum certum monasterium, putans esse ordinis S. Benedicti, cum sit Cartusianorum. — 2^o. Circa conditionem substantialem: si quis v. gr. voverat se ingressurum monasterium, ubi putaret religiosam disciplinam et essentialia religionis servari accurate, et tamen non ita esset; vel si voveret peregrinationem ad limina Apostolorum, putans tantum distare centum miliarium, cum tamen distarent trecentis. — 3^o. Circa causam finalis: si quis v. gr. voveret aliquid in gratiarum actionem pro sanitate parenti reddita, et is re ipsa non fuisset aegrotus vel esset mortuus ». [Cum Salmant. ²]. « Et ratio nullitatis talium votorum est: quia hic deficit liber consensus, qui non fertur in incognitum, et nihil tam est contrarium consensui quam error. — Filiuccius ³.

Certum est quod error circa substantiam invalidat votum; etiamsi fuerit concomitans, id est, non dans causam voto: puta, si adhuc, errore cognito, tu vovisses. Sanchez ^a. Et etiamsi talis error fuerit quantumcumque crassus. Sanchez ^b. Et certum est etiam quod invalidat votum error circa circumstantias substantiales, id est, quae pertinent ad substantiam rei promissae; juxta exempla a Busenbaum hic posita.

Secus vero, si error, licet dederit causam voto, sit circa conditiones quae substantiam rei non afficiunt: puta, si quis

¹ Tr. 17, cap. 1, num. 155. — ² Loc. cit., cap. 1, num. 158; et cap. 3, num. 16. — ³ Tract. 26, cap. 1, a num. 18, — ⁴ Loc. cit., num. 156. — Less., lib. 2, cap. 40, num. 10

votum metu gravi factum; et addit votum nec valere, casu quo omnis decesset consensus, etiam metus qui illum impedit esset levius. Quibus satis clare inculcat valere votum, si metus levius non tollit omnem consensum.

198. — ^a) Sanchez, de Matrim., lib. 7, disp. 18, n. 6, de matrimonio tantum loquitur; sed in Decal., lib. 3, cap. 11, n. 43, loquitur de jumento.

^b) Sanchez, de Matrim., lib. 7, disp. 18, n. 7; et lib. 10, disp. 9, n. 22, de matrimonio et religiosa professione ita tenet.

^c) Sotus revera citatur a Salmant.; at vi-

oveat dare eleemosynam pauperi, putato probo, amico, tenetur dare, etsi postea cognoscit improbum, inimicum; quamvis, his cognitis, antea non vovisset. Ita Salmant. ⁴. Aliter, ut dicunt, quot contractus, quot matrimonia, quot professions, quot ordinationes infringi oporteret, si pateret aditus ad eas annullandas propter circumstantias accidentales, praeter substantiam, non praevisas! — Citant Salmant. pro se Sotum ^c, Lessium cum Sanchez ^c. At non bene: quia Sanchez ⁵ adhaeret Busenbaou, qui (supra, n. 175) dicit probabiliter cum Suarez, quod invalidat juramentum (et idem est de voto) error etiam circa circumstantias accidentales, si haec sint magni momenti, et si, ipsis cognitis, juramentum emissum non fuisse. Et hoc, quoad contractus, jam probabile putant Salmant. ^d. Ideoque quoad vota, etiam probabile videtur. — Vide dicenda n. 226.

« 7^o. Vota quae emittuntur post novitatum, in quocumque approbato ordine, instar matrimonii carnalis, non sunt irrita ob ullum errorem, nisi solum substantiale circa substantiam.

« 8^o. Si error circa conditionem substantiale sit de re parvi momenti, non redditur votum irritum: ut si iter peregrinationis quam quis vovit, sit paulo longius quam putabatur; quia parum reputatur pro nihilo. — Item, si error sit tantum circa causam impulsivam, « valet votum »: [Salmant. ^e] « quia illa est tantum causa secundaria, qua se posita, actus est sufficienter voluntarius secundum substantiam. Neque talis error in caeteris contractibus actum vitiat.

et 18. — ⁵ Decal., lib. 4, cap. 2, n. 11 et 45. — ⁶ Lib. 2, cap. 40, n. 11 et 13. — ⁷ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 2, punct. 1, n. 2. — ⁸ Lib. 4, tr. 4, cap. 1, n. 1. — ⁹ Less., loc. cit., n. 22. — ¹⁰ Pal., tr. 18, disp. 1, punct. 2, num. 3. — ¹¹ Tr. 17, cap. 1, n. 17. — ¹² Decal., lib. 4, cap. 1, n. 21. — Sotus, de Just., lib. 7, qu. 1, art. 2, vers. Propositum namque. — Aragon, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 1, v. f. — Azor., part. 1, lib. 11, cap. 18, qu. 5. — ¹³ Loc. cit., n. 18. — Dicast., de Justit.

deas quae de hoc auctore notavi supra, nota g, ad n. 187. — Sanchez autem, qui pariter allegatur a Salmant., dicit revera n. 8, attendendam esse ipsam actionis substantiam; « et si illa non ignoratur, actio non est involuntaria, etsi erretur circa alias circumstantias accidentarias, quamvis secluso eo errore, actio illa non fieret ». Postea vero n. 11, adhaeret sententiae quam S. Alphonsus ipsi tribuit.

^a) Salmant., tr. 14, cap. 1, n. 21, ita quidem tenent, si error sit circa qualitatem; non tamen requirunt ut qualitas sit magni momenti.

Nisi sint magni momenti, et causam de- derint.

Professio irrata solo errore circa substantiam.

Error circa conditio- nem parvi momenti non irritat votum.

Neque er- ror circa causam im- pulsivam.

Ad votum non sufficit propositum.

Negligere propositum bonum, pro- babiliter ve- niale.

Probabi- ter non est peccatum.

etc., lib. 1, disput. 2, de Fortitud., dub. 12, n. 244. — Valent., in 2^o 2^o, disp. 6, qu. 6, punct. 1, vers. Respondeo nullum propositum. — Tolet., lib. 4, cap. 17, num. 3. — Navar., Man., cap. 12, num. 38. — Silvest., v. Metus, qu. 8, i. f.; v. Pactum, qu. 4, vers. Limita 1. — ⁸ Decal., lib. 4, cap. 1, n. 27. — ⁹ Lib. 2, cap. 40, n. 6. — Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 1, num. 12. — ¹⁰ De Just. et Jure, disp. 23, n. 4.

« v. gr. vovit aliquis peregrinationem Romanum studio colendi Deum, et simul etiam habuit causam secundariam impulsionem, ut inviseret fratrem, quem putavit esse Romae; quem etsi intelligat deinde istuc non esse, non ideo desinit obligari voto.

« Et ex his patet, quomodo intelligentem sit quod dici solet, vota non obligare ultra intentionem voventis. — Sanchez ¹, Lessius ² ».

199. — « 9^o. Ad votum non sufficit numerus dum propositum, licet firmissimum; quia qui tantum proposuit, non tenetur sub peccato praestare. Qui autem promisit, obligatur sub peccato; et, nisi praestet, agit contra fidem Deo datam. — Bonacina ^a, et communiter ». [Sed censet Laymann ^b probabiliter teneri ex pracepto Ecclesiae ad votum emittendum. — Sed vide de hoc dicenda, de Sacr. Ord., Lib. VI, ex n. 806].

An negligens propositum bonum pecet venialiter saltem?

Affirmant Lessius, Palaus, etc., apud Salmant. ⁵; ob inconstantiam, sine causa tunc intervenientem.

Negant tamen Busenbaum; Sanchez ⁶ cum Soto, Aragon, Azor; et Salmant. ⁷ cum Dicastillo, Valentia, Suarez ^a, Toledo, etc.; quia (dicunt) defectus constantiae de se non est culpa, nisi praecepsum adsit.

Utraque est probabilis.

¹ Decal., lib. 4, cap. 2, n. 11 et 45. — ² Lib. 2, cap. 40, n. 11 et 13. — ³ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 2, punct. 1, n. 2. — ⁴ Lib. 4, tr. 4, cap. 1, n. 1. — ⁵ Less., loc. cit., n. 22. — ⁶ Pal., tr. 18, disp. 1, punct. 2, num. 3. — ⁷ Tr. 17, cap. 1, n. 17. — ⁸ Decal., lib. 4, cap. 1, n. 21. — Sotus, de Just., lib. 7, qu. 1, art. 2, vers. Propositum namque. — Aragon, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 1, v. f. — Azor., part. 1, lib. 11, cap. 18, qu. 5. — ⁹ Loc. cit., n. 18. — Dicast., de Justit.

199. — ^a) Suarez, de Voto, lib. 1, cap. 2, n. 5 et seqq., ita quidem tenet; sed n. 7, subdit: « Poterit autem esse actus otiosus, si quis absque ullo bono fine, contrariam voluntatem exercat: contrariam scilicet proposito boni melioris.

200. — ^a) Sanchez, de Matrim., lib. 7, disput. 27, n. 11; Bonacina, loc. cit., n. 7, perperam a Busenb. citantur; adhaerent enim sententiae, quae vult ejusmodi ignorantem teneri ex voto ad castitatem servandam.

^b) Laymann, lib. 5, tr. 9, cap. 11, n. 1, vers. Nihilominus, generaliter dumtaxat quaerit unde proveniat continentiae obligatio ordinis sacro annexae; et respondet sententiam communiorum et probabiliorem apud Sanchez esse: « Obligationem illam continentiae in sacerdo-

200. — « 10^o. Ad votum aliquando sufficit promissio implicita; ut patet in suspicione ordinum sacrorum: ubi, licet non dicatur: voveo, vel promitto castitatem, votum tamen hoc fit implicite, hoc ipso quod, sciens Ecclesiam annexisse iis ordinibus istud votum, eos suscipit.

An vero, si quis plane id ignoraret, adhuc censeretur vovere ex implicita intentione, dubium est. Aliqui ajunt; aliqui probabilius negant, dicuntque tandem teneri ad castitatem, non ex voto, sed ex Ecclesiae pracepto: Sanchez ^a, Bonacina ^a, et communiter ». [Sed censet Laymann ^b probabilius teneri ex pracepto Ecclesiae ad votum emittendum. — Sed vide de hoc dicenda, de Sacr. Ord., Lib. VI, ex n. 806].

201. — « 11^o. Si quis haberet intentionem promittere, sed non se obligare. Intendens promittere, sed non se obligare.

Datur voto implicitum.

Intendens promittere, sed non se obligare.

Intendens
non implere
nemaliter
peccat.

« vovendi et se obligandi, non tamen im-
plendi; tunc etiam graviter peccaret ^{b)},
et votum esset validum. Sanchez, Filli-
cius, Bonacina ¹, Laymann, etc. ».

Plura hic distinguere oportet:

Et 1^o. Si quis vovet cum animo posi-
tivo non promittendi nec se obligandi;
certe votum est nullum: ut Salmant. ²,
cum S. Thoma et communis.

2^o. Si vovens habet animum promit-
tendi et se obligandi, sed cum intentione
non implendi; dicendum est teneri ad votum:
ex communi sententia, quam docent
Lessius ³, Sanchez ⁴; et Salmant. ⁵ cum
Suarez, Cajetano, Azor, Bonacina, etc.,
contra Valentia ⁶. — Ratio, quia obligatio
voti non pendet ab intentione implendi; sed
a voluntate se obligandi, quae jam adest.

3^o. Si vovens habet animum promit-
tendi et implendi, sine tamen animo po-
sitivo se obligandi; tunc, si iste satis sciat
obligationem voti, sed ad eam non adver-
tat cum votum emittit, et negative se
habeat, non volendo nec excludendo illius
obligationem, tenetur quidem ad votum:

Sanch., de Matrim., lib. 1, disp. 9, n. 2; Decal., lib. 4,
cap. 1, n. 23 et 37. — *Fill.*, tr. 26, n. 7. — ¹ Disp. 4, qu. 2,
punct. 1, n. 14 et 15. — *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 1, n. 2.
— ² Tr. 17, cap. 1, n. 19. — *S. Thom.*, in 4, dist. 38, qu. 1,
art. 1, solut. 1, ad 2. — ³ Lib. 2, cap. 40, n. 7. — ⁴ Decal.,
lib. 4, cap. 1, n. 23. — ⁵ Loc. cit., n. 21. — *Suar.*, lib. 1,
cap. 4, n. 2. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 1, vers. In
ed. art., circa 3^{am} conditionem. — *Azor*, part. 1, lib. 11,
cap. 18, qu. 9. — *Bonac.*, loc. cit., n. 14. — ⁶ De Matrim.,
lib. 1, disp. 9, n. 2. — ⁷ Decal., lib. 3, cap. 12, § 1, n. 6. —
⁸ Loc. cit., n. 23. — ⁹ Tract. 15, disp. 1, punct. 3, n. 2. —
¹⁰ Lib. 1, cap. 3, num. 9. — ¹¹ De Matrim., lib. 1, disp. 9,
n. 2. — ¹² Loc. cit., n. 7 et 8. — *Sanch.*, de Matrim., loc. cit.,
n. 2. — ¹³ Loc. cit., n. 6.

^{b)} *Graviter peccat*, si nempe materia sit
gravis, ut notant Sanchez, n. 37; et Bonac.,
n. 15.

^{c)} *Valentia*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 6,
punct. 1, vers. *Respondeo ad argumentum*; negat talen revera promittere; nihilominus
ait teneri « salem propter scandalum ».

^{d)} *Palaus*, tr. 15, disp. 1, punct. 3, n. 2,
non loquitur de eo qui scit obligationem annexam
esse voto; a fortiori tamen de eo sic
sentire censendum est, cum loquatur de vo-
rente, qui ignorat ex promissione obligatio-
nem nasci: quem quidem vult obligatum rema-
nere, si non habuerit expressam voluntatem
se non obligandi.

^{e)} *Petr. de Ledesma*, de Matrim., qu. 43,
art. 1, diff. 2, concl. 3, de casu simili disputat,
ut animadvertisca Sanchez, scilicet de sponsaliis;
et scribit: « Quando quis per ignorantiam
vere vult promittere, non tamen obligare
se ipsum, quoniam putat quod obligatio non
est annexa promissione, talis promissio non
habet veram rationem sponsaliorum ». — *Ara-
gon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 1, vers. *Dico* 3^o,
non loquitur de eo qui negative se habet, sed:

quia qui vult actum antecedentem, vult
(saltem implicite) ejus obligationem con-
sequenter. — Ita communiter Sanchez ⁶,
Palaus ⁴, Tamburinius ⁷, Salmant. ⁸ et alii
passim.

Sed quaeritur 1^o. *An teneatur ad votum*,
qui nescit voti obligationem, et negative se habet, non explicite neque im-
plicite intendens illam suscipere?

Affirmant Palaus ⁹ et Suarez ¹⁰; quia
hic censendum est voluisse promittere,
juxta modum et intentionem quam ha-
bent alii rite voventes. — Sed verius ne-
gant Sanchez ¹¹ cum Ledesma ¹², Aragon ¹³
et Manuele ¹⁴; item Croix ¹⁵, Tamburi-
nius ¹⁶, et Salmant. ¹⁷, qui assurunt hanc
esse fere omnium doctrinam. Ratio, quia
nemo obligationem contrahit, nisi velit
illam sibi imponere; hic autem nullo modo
eam vult suscipere, nec formaliter in se,
nec virtualiter in promissione, cum erret
in substantia, judicando talem obligatio-
nem non esse voto annexam. — Secus
tamen dicendum, ut bene advertunt Sanchez
et Tamburinius ¹⁸, si quis voluerit

*Ignorans obli-
gationem et ne-
gative se habens, ve-
rius non te-
netur.*

*Nisi velit
vovere mo-
do ordinario.*

ed. art., circa 3^{am} conditionem. — *Azor*, part. 1, lib. 11,
cap. 18, qu. 9. — *Bonac.*, loc. cit., n. 14. — ⁶ De Matrim.,
lib. 1, disp. 9, n. 2. — ⁷ Decal., lib. 3, cap. 12, § 1, n. 6. —
⁸ Loc. cit., n. 23. — ⁹ Tract. 15, disp. 1, punct. 3, n. 2. —
¹⁰ Lib. 1, cap. 3, num. 9. — ¹¹ De Matrim., lib. 1, disp. 9,
n. 2. — ¹² Loc. cit., n. 7 et 8. — ¹³ Sanch., de Matrim., loc. cit.,
n. 2. — ¹⁴ Loc. cit., n. 6.

« Quod si aliquis, inquit, ex ignorantia invincibili, vel quia credit obligationem non esse
inseparabiliter annexam voto... emitteret votum, habens quidem propositum vovendi et
non se obligandi per votum; ille talis non
maneret obligatus voto ». — Manuel Rodriguez
vero, in *Sum.*, part. 2, cap. 94 (al. 92)
n. 8, scribit: « Si aliquis ignorantia invincibili,
aut quia credit quod obligatio non est res inse-
parabilis a voto, fecerit votum cum proposito
vovendi et non obligandi se expresse, non va-
lebit tale voto ».

^{f)} *Croix*, lib. 3, part. 1, n. 365, rem clare in-
culcat, dicens ad obligationem contrahendam
requiri, ut vovens sciat quid sit vovere; et ap-
probavit Tamburinius, dicentem obligari eum
qui sciat in natura voti esse quod obliget; vel
si id nesciat, sciat tamen quid sit vovere, et
vovet juxta modum ordinarium quo ceteri id
faciunt.

^{g)} *Salmant.*, loc. cit., n. 23, sic loquuntur:
« Secundo modo se potest habere vovens, ita ut
erret iudicio, quo putat votum non trahere
secum obligationem, et cum hoc errore emit-
tat votum, obligationem nolendo; sic omnes

vovere modo ordinario quo alii vovent;
quia tunc implicite voluit obligationem
contrahere.

Quaeritur 2^o. *An teneatur ad votum*,
qui velit promittere, et sciat obligationem
voti, sed nolit ad votum se obligare?

Prima sententia, quam tenent Sotus ¹;
ac Prado, Aragon, Gutierrez, etc., apud
Salmant. ², dicit obligari; quia, posita vol-
luntate verum emittendi votum, nequit ab
eo separari obligatio quae oritur ex voto.

— Secunda vero sententia, communior et
probabilior, negat; et hanc tenent Sanchez ³, Lessius ⁴, Palaus ⁵; et Salmant. ⁶
cum Suarez, Azor, Bonacina, Valentia et
Trullench. Ratio: tum quia, qui vult appo-
nere conditionem contraria substantiae
contractus, invalidum contractum reddit;
tum quia lex (prout votum est lex parti-
cularis) non obligat, nisi juxta legislatoris
voluntatem. — Hinc inferunt Salmant.
quod is qui promittit sponsalia, vel sacros
ordines accipit, aut religiosam profes-
sionem emittit, animo non se obligandi,
non tenetur ad sponsalia neque ad votum.
Sed vide de hoc dicenda de Ord., Lib. VI,
n. 809, *Dubit.* 2.

Quale autem peccatum sit, sic vovere
sine animo se obligandi?

Dicunt Sanchez ⁷, Palaus ⁸; et Salmant.
cum Suarez, Bonacina, Trullench, Regi-
naldo et Villalobos ⁹, ordinarie non esse
nisi veniale, propter quamdam inordinationem.
Dicitur ordinarie; quia in pro-

¹ De Just. et Jure, lib. 7, qu. 1, art. 2, vers. Tertio
eodemque. — *Prado*, tom. 2, cap. 31, qu. 1, n. 22 et seqq. — ² Loc. cit., n. 6. — *Salmant.*, loc. cit., n. 27. — *Suar.*, lib. 5, cap. 1,
a n. 4. — *Bonac.*, loc. cit., n. 15. — *Trull.*, loc. cit., n. 15. — *Regin.*, lib. 18, n. 261. — *Tambur.*, Decal., lib. 1, cap. 3,
§ 7, v. *Votum*, num. 6. — ³ Lib. 3, part. 1, num. 384. —
Gobat, de *Voto*, num. 384 et 388. — *Diana*, part. 4, tr. 3,
resol. 10, vers. *Notandum est*. — ¹⁰ Ap. *Croix*, loc. cit.,
n. 384. — *Menoch.*, de *Praesumpt.*, lib. 6, prae. 4, n. 2. —
¹¹ Ap. *Croix*, loc. cit., n. 384. — ¹² Loc. cit., n. 386. — *Gobat*,
loc. cit., n. 389. — ¹³ Loc. cit., num. 366.

fere asserunt, istum manere ab obligatione
voti immunem ».

^{h)} *Villalobos*, part. 2, tr. 34, diff. 1, n. 5,

fectione religiosa et susceptione sacrorum
ordinum, procul dubio esset mortale; quia
esset deceptio in re gravissima. — Vide
dicta de *Juram.*, n. 172, v. II. *Si autem*.

Quaeritur 3^o. *An teneatur ad votum*,
qui dubitat an vovendo voluerit se obli-
gare?

Tamburinius putat probabile non obli-
gari. — Sed dicendum oppositum cum
Croix ¹², Gobat, Diana et aliis ¹³ communi-
niter. Quia, donec constet de invalidi-
tate actus, praesumptio est pro illius va-
lore: ut Menochius, etc. ¹⁴ communiter
docent.

Idem dicendum, ut recte ait Croix ¹²
contra Gobat, si quis dubitet an noverit
vel animadverterit obligationem voti. Quia
ex communiter contingentibus, quisque
censemur scire et advertere, quod omne
votum obligationem parit illud implendi.
Quid, si quis dubitet an fecerit votum
vel propositum; sed meminit credidisse
graviter peccatum, si promotionem non
implievisset?

Censet Croix ¹⁵ hunc non obligari; quia
saltem votum est dubium: cum plures
rudes, adhuc nudum propositum facientes,
censeant erronee ad illud sub peccato te-
neri. — Sed huic non consentio; et puto
hunc censendum vere vovisse, et voti
contraxisse obligationem. Cum enim jam
apprehenderit peccare non implendo pro-
missum; recte arguitur illam revera agno-
visse et sibi imposuisse.

¹⁶ Dubitans utrum votum an pro-
positum fe-
cerit quan-
do teneatur.

male a Salmant. citatur; scribit enim peccare
mortaliiter, eum qui vovet, et intentionem
habet non se obligandi.

Quando-
que morta-
tum.

Dubitans
de intentio-
ne se obli-
gandi, tene-
tur.

Dubitans
utrum votum
an pro-
positum fe-
cerit quan-
do teneatur.

DUBIUM III.

Quae requiratur materia Voti.

202. *An teneat votum de re impossibili.* — 203. *An votum vitandi omnia venialia. Quid, si quis voveat vitare omnia mortalia et venialia collective.* — 204. *An valeat votum de re vana.* — 205. *An sit mortale vovere malum veniale.* — 206. *An valeat votum factum ex malo fine.* — 207. *An, votum impeditivum majoris boni.* — 208. *An valeat votum non petendi dispensationem.* — 209. *An, votum nubendi.* — 210. *An, votum non vovendi.*

Materia voti: possibilis et mortaliter.

202. — « Resp. Ea debet esse possibilis (cum impossibile nec efficaciter intendi possit, nec ad illud sit obligatio); et non solum bona, sed etiam melior quam opus possumus sive ejus omissione: quippe finis intrinsecus voti est honorare per hoc Deum: id autem non potest fieri, nisi offeratur illi aliquid gratum; gratum autem esse non potest, ut quis obligetur ad relinquendum id quod est melius. Sanchez¹, Laymann, Navarrus, etc. ».

Quid, si quis voveat de re possibile simul et impossibili?

Respondetur, teneri ad partem possibilem, si est divisibilis: puta si conjux voveat castitatem, tenetur ad non petendum. Ita etiam valet votum, si principale illius est possibile; licet accessoriū sit impossibile. — Secus, si e converso. — Vide Salmant.².

Quid, si votum sit disjunctivum? — Vide num. seq., v. Pariter.

« Unde resolvetur:

203. — « 1º. Invalidum est votum non quam peccandi venialiter; cum id mortaliter et ordinarie sit impossibile. Aliqui tamen volunt, sic voventem teneri isto

¹ Decal., lib. 4, cap. 5, n. 1. — Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 2, n. 2, 6 et 11. — Navar., Man., cap. 12, n. 24 et seqq. — ² Tr. 17, cap. 1, n. 75 et 76. — ³ Man., cap. 12, n. 65. — ⁴ Lib. 2, cap. 3. — ⁵ De Matrim., lib. 9, disp. 35, n. 2 et seqq. — ⁶ Tr. 17, cap. 1, n. 80. — Sanch., Decal., lib. 4,

« voto ad vitanda mortalia, et venialia graviora. — De quo Scholastici, Navarrus³, Suarez⁴, Sanchez⁵ ».

Salmant.⁶ cum Sanchez, Palao, Trulench, Prado, asserunt, votum de vitandis omnibus venialibus, etiamsi esset de plene deliberatis⁷, omnino invalidum esse: prout de re moraliter impossibili; ex Tridentino⁸. Quoad votum S. Teresiae, agendi quidquid perfectius intelligeret, respondent, illud ex speciali instinctu Spiritus Sancti emissum fuisse. Vide Salmant.⁹. — Sed verius dicit Croix¹⁰ cum Suarez, bene valere votum de vitandis venialibus deliberatis, cum hoc revera non sit impossibile; et personae perfectionis amantes illa satis evitant.

Votum autem abstinendi a venialibus in aliqua materia determinata, communiter validum est, maxime in personis magnae virtutis In aliis vero modicæ virtutis erit materia impossibilis. Immo, in aliquibus materiis, puta cogitationum honestarum, otiosarum, etc., cum sint inevitabiles quoad omnes, votum est nullum. — Ita Salmant.¹⁰ cum Cajetano¹¹, Sanchez, Suarez¹², etc.

cap. 5, n. 10. — Pal., tr. 15, disp. 1, punct. 8, § 1, n. 6 et 9. — Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 9, n. 2. — Prado, tom. 2, cap. 31, qu. 2, n. 124. — ⁷ Ex can. 23, sess. 6. — ⁸ Loc. cit., n. 84 et 85. — ⁹ Lib. 3, part. 1, n. 401. — ¹⁰ Suarez., lib. 2, cap. 3, n. 4. — ¹¹ Loc. cit., n. 81. — Sanch., Decal., lib. 4, cap. 5, n. 18.

Votum vi-

tandi omnia-

venialia.

saecularibus fierent... Et quandoque sunt adeo indiscreta, ut mereretur puniri vovens, pro eo quod tanto se exponit periculo peccandi mortaliter».

c) Suarez, citatus pariter a Salmant., affert quidem, loc. cit., n. 11, hanc sententiam: Nullum scilicet esse votum vitandi motus secundo primos, etc., qui per subreptionem ad culpam veniale pertingere possunt; sed n. 12, eam sic judicat: « De probabilitate hujus sententiae alii judicium relinquo. Ego enim illi as-

Votum vi-

tandi mor-

talia et ve-

nialia, inva-

lidum.

Item vi-

tandi mor-

talia aut ve-

nialia.

Pariter nullum est votum de vitandis mortalibus et venialibus *collective*. — Et etiam votum vitandi mortalia aut venialia *divisive*; quia nullum est illud votum disjunctivum, cuius pars est apta, et pars inepta, et vovens ad neutram voluit determinare se obligare: puta, si voveas aut orare aut ludere, votum totum est nullum. Salmant.¹ cum Sanchez, Trullench, Villalobos² et Leandro. Ita etiam Palau³ et Croix⁴. — Qui tamen recte advertunt, quod si ad tale votum quis se obligavit in quantum potest, tenetur quidem ad fugam saltem mortalium. Ac teneri etiam censeo ad vitanda venialia liberata, juxta quod dixi mox supra.

204. — « 2º. Invalidum est votum de re vana, vel inutili, vel indifferente: nisi ex circumstantiis aut fine fiat bona ». [Modo circumstantia non ex sola relatione voventis, sed ex se ad bonum finem conducat. Salmant.⁴]. « Quia Deo disciplina stulta promissio, et hinc eam non acceptat. Ac peccat venialiter talia vota: ut v. gr., si quis decidens ex equo, voveat non amplius equum ascendere. — Navarrus⁵, Sanchez⁶. [Cum Salmant.⁷].

205. — « 3º. Invalidum est vovere mala; et qui vovet mortale, peccat mortaliter. — Qui autem veniale, eum venialiter tantum peccare dicunt Sà⁸, Silverster⁹, etc.; licet mortaliter peccare velit Cajetanus¹⁰ et Lessius¹¹: quod videtur probabilis ».

¹ Tr. 17, cap. 1, n. 88 et 141. — Sanch., Decal., lib. 4, cap. 10, n. 19. — Trull., loc. cit., dub. 10, n. 11. — Leand., tr. 1, disp. 9, qu. 23. — ² Tr. 15, disp. 1, punct. 8, § 1, n. 5 et 10; punct. 12, n. 28. — ³ Lib. 3, part. 1, n. 402 et 410. — ⁴ Loc. cit., n. 57. — ⁵ Man., cap. 12, n. 28, vers. Nonō, et

Probabilis etiam mihi est, vovere malum, etiam veniale, de se esse culpam gravem; cum de se blasphemia sit, velle ut malum cedat in honorem Dei. Sed communiter ob ignorantiam, hoc non est nisi veniale, ut bene notant Salmant.⁹. — Idem diximus de juramento n. 146, v. 5. *Venialiter*.

Item, iuxta
S. Doctorum,
vovere
veniale.

206. — « 4º. Invalidum est votum, cui adjungitur finis vel alia circumstantia mala, tenens se ex parte rei votae: ut, v. gr. vovet quis eleemosynam, ad obtinendam vanam gloriam, aut impenetrans dam per eam victoriam injustam, felicem successum furti, adulterii, etc., aut in gratiarum actionem pro successu talis peccati. Quia datio eleemosynæ ad talem finem est actio blasphemæ, quasi Deus peccata promoveat; ideoque non potest esse materia voti. — Cajetanus, Navarrus¹⁰, Sanchez¹¹, Laymann¹², Filiiuccius¹³.

« 5º. Validum autem est, etsi ei adjungatur finis vel alia circumstantia mala, tenens se tantum ex parte voventis: ut, v. gr. si quis ex vana gloria, aut ex ira erga importunum mendicum, voveat ei dare eleemosynam. Quia tunc res ista bona est quam vovet; licet ipse voveat male et cum peccato¹⁴ ».

Nota igitur hic differentiam inter finem pravum ex parte rei votae, et ex parte voventis.

1º. Nam finis ex parte rei votae, est quando res promissa dirigitur ad pra-

Quando
validum.

¹⁵ Finis ma-
lus ex parte
rei votae
invalidat.

sentiri non audeo... Dico ergo aliud esse motum indeliberatum, assumi per se ut materiam voti; et hoc dicimus fieri non posse secundum rectam rationem; aliud vero esse, motum indeliberatum esse posse imperfectum transgressionem voti; et hoc concedimus fieri posse, quando votum per se versatur circa materiam possibilem et honestam, et de se plene deliberaabilem».

d) Villalobos, part. 2, tr. 34, diff. 2, n. 13, hoc ultimum dictum non habet, pro quo tamen a Salmant. allegatur.

205. — a) Sà, v. *Juramentum*, n. 5; Silverster, v. *Juramentum II*, qu. 7, hanc sen-

tentiam de juramento tenent; et sane eadem est ratio de voto et de juramento.

b) Cajetanus, Sum., v. *Voti materia*, vult quandoque dumtaxat peccare mortaliter, cum scilicet cognoscit quid facit: hoc est quod attribuit Deo id quod Deo non convenit, scilicet acceptare hujusmodi vincula votorum, et tamen vult haec vovere.. Secus autem eset, si crederet Deo displicere haec vota, sicut peccata venialia displicant Deo ».

206. — a) Filiiuccius, tr. 26, cap. 2, n. 48, i. f., ita de hac re scribit: « Cum quis vovet actum bonum ex se, sed cum mala circumstantia, ut dandi eleemosynam ob vanam glo-

Etsi sit
impulsivus.

Item, finis
indifferens
vel mere
temporalis.

Votum ad
obtinenda
temporalia
valet.

Opus pra-
vum, ut
simplex
conditio,
non invalidat.

Finis pra-
vus ex parte
voventis,
non invalidat.

vum finem: nempe, si voveas jejuniū, ut ex illo plausum captes; et tunc votum est nullum, ut communiter docetur cum Busenbaum, Laymann¹, Salmant.² — Et idem tenendum dicunt Salmant.³ cum aliis, etiamsi finis pravus voti non sit primario, sed tantum secundario motivus, seu sit *impulsivus*, sed sine quo votum non fieret^b. — Idem dicendum, si finis sit *indifferens* vel *mere temporalis*.

Unde si quis vovet jejuniū, ut parcat sumptibus; eleemosynam, ne aestimetur avarus: nullum est votum. Valet autem votum emissum ad obtainenda a Deo temporalia, vel ad gratias ei agendas; quia bonum est haec a Deo sperare, aut pro ipsis gratias agere. Ita Laymann⁴; et Salmant.⁵ cum Sanchez, Palao, Trulench, Bonacina, etc.

Notandum tamen Laymann⁶; et Salmant.⁷ cum Cajetano, Sanchez, Bonacina et communi, quod si opus pravum non ponitur ut finis voti, sed ut *simplex conditio*, nempe si quis voveat jejuniū, si inimicum occidet, si furtum faciet; tunc valet votum, quia, impleta conditione posita, honestum est in se votum implere.

Ita ergo dicitur, quando finis pravus est ex parte rei votae.

2°. Aliter tamen esset, quando finis pravus est ex parte *voventis*, scilicet, quando non res vota, sed *ipse vovendi actus dirigitur ad pravum finem*: puta, si quis externe voveat jejuniū, ut ex illa emissione voti ab aliis laudetur; tunc valet votum: ut dicit recte Busenbaum cum communi apud Laymann^c et Salmant.^c.

Hinc dicit Laymann^d, quod qui ex appetitu deordinato vescendi piscibus, vo-

¹ Lib. 4, tr. 4, cap. 2, n. 7. — ² Tr. 17, cap. 1, n. 66 et 67. — ³ Loc. cit., n. 66 et 68. — ⁴ Loc. cit., n. 10. — ⁵ Loc. cit., n. 70. — ⁶ Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 7, n. 22 et 25. — ⁷ Pal., tr. 15, disp. 1, punct. 8, § 3, n. 6. — ⁸ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. n. 9. — ⁹ Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 4, § 2, a. n. 6. — ¹⁰ Loc. cit., n. 7, vers. *Simile*. — ¹¹ Loc. cit., n. 69. — ¹² Cajetan., in 2nd 2nd, qu. 88, art. 2, vers. *Sed quid*

riam; tunc si mala circumstantia est intenta principaliter, non tenebitur; si actus ipse bonus, tenebitur, rejecta circumstantia mala».

^b Ipse S. Alphonsus apponit hanc conditionem: *Sed sine quo votum non fieret*.

^c Laymann, loc. cit., n. 7; Salmant., loc. cit., n. 66 et 67, hanc profecto sententiam

vet fieri Cartusianum, tenet votum. — Sed hoc minime mihi probari videtur, si co- mestio piscium, et non quidem bonum spirituale religionis, sit finis illius voti. Nam tunc ipsa materia voti, quae est susceptio status religiosi, dirigitur ad va- num finem, qui votum infirmat; ut supra dictum est cum communi.

« 6°. Validum item est votum, factum « ex affectu erga rem bonam, ut bona « est, etsi conjuncta cum causa mala: ut, « si quis voveret eleemosynam, si ex « duello evaserit salvus, si non capiatur in furto, si filius sibi nascatur ex adul- « terio quod parat, etc. Licet enim duel- « lum, furtum, adulterium velle, malum « sit; tamen his positis, non laedi, non « infamari, prolem gigni, mala non sunt, « sed Dei dona; et votum non cadit su- « per ista mala, sed super haec bona, « considerata (ut suppono) quatenus in « se bona sunt. — Navarrus, Laymann⁹ ».

207. — « 7°. Invalidum est, et veniale « peccatum, vovere bonum quod est im- « peditivum boni majoris, ut praesertim « sunt vota contra consilia evangelica; « ut v. gr. manere in saeculo, ducere « uxorem, ire ad militiam, facere merca- « turam. — Navarrus¹⁰, Suarez, Fillucci- « cius¹¹, Sanchez, etc. ». [Idem dicunt Sal- « mant.¹² cum S. Thoma^a].

« 8°. Si tamen aliquod bonum per se « et absolute minus, fieret per accidentis « majus bonum; tunc talia vovere valet: « ut v. gr., si quis videret susceptionem « ordinum sibi damnosam. — Vide Bona- « cina¹³. [Ita etiam Salmant.¹⁴].

208. — Quaestio autem vertitur: *an valeat votum de non petendo voti dispensationem, commutationem aut irritatio-*

dicendum est. — Sanchez, loc. cit., cap. 6, n. 13. — Bonac., loc. cit., punct. 4, § 1, n. 8. — ¹⁰ Loc. cit., n. 7, vers. Iterum. — Navar., Man., cap. 12, n. 31 et 32. — ⁹ Lib. 4, tr. 4, cap. 2, n. 7, vers. *Praeterea*. — ¹⁰ Loc. cit., n. 29. — ¹¹ Suar., lib. 2, cap. 7, n. 2. — ¹² Tr. 26, cap. 2, n. 58. — Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 8, n. 3 et 5. — ¹³ Tr. 17, cap. 1, n. 37. — ¹⁴ Disp. 4, qu. 2, punct. 1, n. 21. — ¹⁴ Loc. cit.

tuentur; non tamen communem esse affir- mant.

207. — ^a S. Thomas, 2nd 2nd, qu. 89, art. 7, ad 2, de juramento disputans, sic revera docet; quod autem peccet venialiter qui eo modo jurat, satis inculcat, dicens eum peccare, sic jurando, non tamen juramentum servando.

Casus ex-
ceptus.

Votum ex
affectu ad
bonum jun-
ctum causae
malae, vali-
dum.

Sed potest
relaxari a
superiore.

Notandum.

Votum nu-
bendi, ordi-
narie inva-
lidum.

Per acci-
dens vali-
dum.

nem, etiam cum justa causa (nam sine justa causa, certum est quod valet)?

Prima sententia negat cum Soto, Trulench, Tamburinio, Sanchez, etc.

Secunda vero affirmat cum S. Antonino^a, Bonacina, Suarez, Filluccio^b, etc., apud Salmant.¹ Et haec videtur probabilius; advertendo quod, casu quo sit utilius ob bonum spirituale petere dispensationem, votum non obligat, quamvis fuerit validum.

Hoc tamen votum semper a superiore relaxari potest, cui salva semper est sua potestas. Salmant.² cum Sanchez^c, Palao, Suarez. — Notandum autem, quod vovens non petere dispensationem, potest petere commutationem; et e converso. Vide Salmant.³

209. — « 9°. Matrimonium ordinarie in- « valide vovetur, quia ordinarie melior « est coelibatus. — Dixi: *ordinarie*; quia « valide vovetur: 1°. Si quis ad hoc obli- « getur: ut, quia sine injurya aut gravi « infamacione sponsae, vel liberorum ex « ea conceptorum, a sponsalibus non po- « test recedere. 2°. Si id reipublicae valde « utile futurum existimetur, ut quia, v. gr. « ex eo speratur pax inter principes, con- « versio haereticorum, regni tranquillitas. 3°. Si quis ob fragilitatem et inverera- « tam consuetudinem peccandi, adeo sit

Sotus, de Just., lib. 8, qu. 1, art. 9, vers. *Immo ut de voto*. — Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 5, n. 20. — Tambur., Decal., lib. 3, cap. 15, § 4, n. 8. — Sanchez, loc. cit., cap. 8, n. 21. — Bonac., loc. cit., punct. 1, n. 28. — Suar., lib. 2, cap. 11, n. 6. — ¹ Tr. 17, cap. 1, n. 48 et seqq. — ² Loc. cit., n. 51. — Pal., tr. 15, disp. 1, punct. 8, § 5, n. 5. — Suar., lib. 2, cap. 11, n. 6. — ³ Tr. 17, cap. 1, n. 52. — ⁴ Disp. 4, qu. 2, punct. 1, n. 21. — ⁵ Tr. 26, cap. 2, n. 61 et 62. — Navar., Man., cap. 12, num. 43. — ⁶ Lib. 2, cap. 9, num. 2

208. — ^a S. Antoninus, part. 2, tit. 11, cap. 2, § 9, hanc sententiam clare significat, dicens quandoque expedire, ut supra hoc voto dispensetur, quando scilicet id animae voventis est utile; si vero utilius sit non petere dispensationem, tencri voventem ad non petendam dispensationem. Quibus clare significatur validum semper esse ejusmodi votum.

^b Filluccius male citatur hic a Salmant.; etenim, tr. 26, cap. 2, n. 67, tenet opinionem negantem, scribens: « Si autem [intelligatur] etiam intercedente justa causa, vel necessitate dispensationis, sic non est validum ».

^c Sanchez, ut supra dixit S. Alphonsus, negat generatim illud votum validum esse; sed casu quo valeret, ut si esset non petendi

« pronus ad lapsum, ut prudentes judi- « cent consultum ei esse ut nubat: in « quo tamen ultimo, Laymann^a et alii « dissentient. — Vide Bonacina^b, Fil- « liuccio^c, Navarrum, Suarez^d, Lay- « mann^e. ».

Votum nubendi, per se loquendo, nul- lum est, etiamsi sit de ducenta paupere, meretrice, vel ad tollenda aliena peccata; quia semper coelibatus est Deo gratior. Est commune apud Salmant.^f cum Sanchez, Leandro, Palao, Torre, Prado. — Secus, si votum sit emissum ad scandalum, vel honorem puellae ex obligatione reparandum; vel ad bonum commune, ut addit Busenbaum; vel ex supposito quod vovens vellet nubere, tenetur ad votum: ut Salmant.^g.

Sed magna Quaestio est: *An, qui vovet nubere ob expertam sui fragilitatem, teneatur ad votum?*

Prima sententia negat; quia tale votum esset de se impeditivum majoris boni, nempe, ingrediendi religionem aut ser- vandi coelibatum. Deinde, quia tale votum esset inutile: cum, tali voto non obstante, vovens libere posset religionem ingredi; maxime, dum matrimonium est infimum remedium concupiscentiae. — Ita Lessius^h; et Palausⁱ, Sotus, Prado et alii, apud Salmant.^j.

Etiamsi, juxta quos-
dam, fiat
ob exper-
tum fragili-
tatem.

Etiam si

In hoc
casu, longe
probabilius
valet.

Secunda tamen sententia certe et longe probabilior, quam tenent cum Busenbaum, Sanchez¹, Viva², Salmant.³ cum Bellarmino, Navarro, Cajetano, Bonacina, Trullenbach, etc., dicit votum esse validum, supposito^{a)} quod talis nolit uti aliis remedii. Quia in tali casu matrimonium est majus bonum: cum ad concupiscentiam sedandam, eis qui alia remedia meliora suscipere nolunt, ideo matrimonium a Deo concessum sit; de his enim ait Apostolus (I Cor. vii, 9): *Melius est... nubere, quam uri.* Maxime, quia hic frequenter recidens teneretur ex jure naturae nubere: posito quod nollet aliis remedii uti. — Dices: ergo subdiaconus vovens castitatem posset nubere, si non posset se continere; cum nubere sit illi melius bonum. Sed respondet, quod hic, ob bonum commune, expedit magis votum in suo robore manere, quam ille sic consulat suae fragilitati. Vide Salmant.⁴

Dicunt autem Salmant.⁵ teneri ad matrimonium qui nolit vel *non possit* alia remedia adhibere. — Sed melius dicunt Laymann⁶, citans SS. Hieronymum et Ambrosium, ac Sporer⁷, quod tenetur ad matrimonium, qui aliud remedium adhibere *nolit*, non autem qui *non possit*^{e)}. Nullus enim, qui velit opportunis remedii uti, dici potest quod non possit

¹ Decal., lib. 4, cap. 8, n. 53. — ² De Matr., qu. 1, art. 3, n. 4. — ³ Tr. 17, cap. 1, n. 41 et 42. — *Bellar.*, de Monach., lib. 2, cap. 14, v. *Ex quo.* — *Navar.*, Man., cap. 12, n. 43. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ra}, qu. 88, art. 2, vers. *Ad evidentiam hujus.* — *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 1, n. 21. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 5, n. 14. — ⁴ Loc. cit., n. 44 et 45. — ⁵ Loc. cit., n. 42. — ⁶ Lib. 4, tr. 4, cap. 2, n. 12, vers.

nere; sed ex suppositione quod ille nolit alia remedia adhibere, tamdiu ad votum tenebitur. — Palaus idem omnino docet, loc. cit., n. 14, quam Lessius; unde minus recte a Salmant. citatur.

^{d)} Aliqui ex auctoribus citatis hanc conditionem non expresse habent; et sunt: Busenbaum, Viva, Bellarminus, Navarrus, Cajetanus et Bonacina; ea tamen per se supponenda videtur.

^{e)} Seu clarissimus ex Laymann, loc. cit.: Ille qui vovet nubere, non aliud censemur vovere, nisi hoc saltem remedium, quod est nuptiarum, peccatis suis adhibiturum, si aliud melius, quod est continentiae, non adhibuerit; quamquam etiam hoc melius cum Dei gratia

ea adhibere. Quis ceterum prohibetur uti saltem oratione, qua procul dubio potest omnes concupiscentias superare: ex illo Luc. xi, 10: *Omnis... qui petit, accipit?*

210. — Quaeritur hic: *an, si quis nimis pronus ad vovendum, voveat non amplius vovere, nisi cum licentia confessarii; si autem postea voveat, v. gr. jejunium, valeat votum?*

Respondeo cum Laymann⁸ et dico 1^o. Quod primum votum est quidem validum, cum sit de meliori bono. 2^o. Quod peccavit ille, emittendo secundum votum. 3^o. Dico quod, primo voto non obstante, tenetur ad secundum, quod cum habeat objectum bonum, satis est validum. — Excipio; nisi ille statuerit nolle futura vota valere, nisi accesserit confessarii consilium. Tunc enim nullum erit secundum votum: modo non retractetur expresse vel virtualiter, scilicet, si memor primi voti secundum emitteret.

Notandum denique, quod qui plura vota incompossibilia emitteret, servare deberet illorum dignius; alioquin prius posteriori praefertur. — Ita Laymann⁹ cum Trullenbach, et Busenbaum (*n. 225, ad 2*); contra Sanchez^{a)}, qui dicit, tunc esse in arbitrio voventis servare quod malit.

De juramento autem contra aliud juramentum, vide dicta supra *n. 179*.

Dicendum 2^o. — *S. Hieron.*, *Adversus Jovinian.*, lib. 1, n. 9; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 23, col. 222. — *S. Ambros.*, seu Auctor Comment. in epist. 1 ad Cor., cap. vii, v. 9, inter opera *S. Ambrosii*, ap. Migne, Patrol. lat., tom. 17, col. 217. — ⁷ Tr. 3, cap. 2, n. 61 et 62. — ⁸ Lib. 4, tr. 4, cap. 2, n. 5. — ⁹ Loc. cit., n. 4. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 9, n. 11.

adhibere potest; ideoque si firmum ejus rei propositionem et conatum praestet, voto liberatur. Quare neque Apostolus absolute dixit melius esse nubere quam continere, sed ex hypothesi». Et ad hoc adducit *S. Hieronymum* et auctorem commentarii apud *S. Ambrosium*, qui revera hoc tantum significant. — Sporer autem, loc. cit., eodem modo ac Laymann loquitur.

210. — ^{a)} Sanchez, *Decal.*, lib. 4, cap. 5, n. 28, est contra Laymann, non quidem quando, unum votum altero dignius est; eo enim casu, n. 24, idem tenet ac Laymann; sed quando vota sunt aequalia, tunc contra Laymann tenet dari electionem, et voventem posse quod maluerit servare.

Votum non
amplius vo-
vendi valet.

Votum po-
sterius ta-
men valet.

Exceptio.

Vota in-
compossi-
bilia emit-
tens, ad
quod tene-
tur.

Materia
levi nun-
quam obli-
gat gravi-
ter.

211. — *An votum de re levi aliquando graviter obliget.* — **212.** *Quid, si negligas votum de re levi per annum.* — **213.** *Vide alia apud Busenbaum.* — **214.** *An haeres teneatur ad vota defuncti.* — **215.** *An pater possit per vota laedere legitimam filiorum.* — **216.** *De votis de facto alieno.* — **217.** *An vota possint impleri per alium.* — **218.** *An peccet impediens impleri conditionem appositam in suo voto.* — **219.** *Notanda circa conditions in votis.* — **220.** *An transacto die promisso, tenearis ad votum.* — **221.** *An votum indeterminatum semper obliget. Et quae dilatio sit mortalis.* — **222.** *Quid, si quis voveat non ludere sub poena.* — **223.** *Plura notabilia advertenda circa vota; et praesertim, an teneat votum, si superveniat circumstantia non praevista.*

211. — « Resp. Tanta est, quantam tum « quantitas materiae permittit, tum inten- « tio voventis, qua se vel multum vel pa- « rum, vel absolute vel cum certa condi- « cione, restrictione temporis, qualitatis, « obligare vult, designat: ita ut, etsi obli- « gatio voti sit juris naturalis, vis tamen « ejus pendeat a voluntate et facto homi- « nis, tamquam praevia condione, ut tan- « tum vel tantum obliget. — Ita commu- « niter. Vide Laymann¹, Bonacina².

« Unde resolves:

« **1^o.** In materia levi, nemo obligatur « sub mortali; quia materia id non per- « mittit: [Neque etiamsi vellet sub gravi- « se obligare. Salmant.³] « *Navarrus*⁴, San- « chez⁵, Laymann⁶. — **V. gr.**, vovisti re- « citare quotidie *Salve Regina*: omittendo « semel iterumque, non peccas mortaliter; « quia materia est parva. Sanchez^{a)}, Lay- « mann⁷, Azor⁸.

Quaeritur: *an transgressio voti sit mortale, quando tota ejus materia parva est?*

Affirmant Cajetanus, Toletus et Cor- duba, apud Salmant.⁹: eodem modo, quo

¹ Lib. 4, tr. 4, cap. 3, n. 2 et 3. — ² Disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 4, num. 3 et seqq. — ³ Tr. 17, cap. 1, num. 106. — ⁴ Man., cap. 12, n. 40. — ⁵ Decal., lib. 4, cap. 12, n. 5. — ⁶ Loc. cit., cap. 3, n. 2. — ⁷ Loc. cit., cap. 3, n. 2. — ⁸ Part. I, lib. 11, cap. 16, quær. 4. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ra}, qu. 89, art. 7, ad 1^{am} dub. — *Tolet.*, lib. 4, cap. 17, n. 9. — *Corába*, Sum., qu. 188, punct. 2. — ⁹ Tr. 17, cap. 1, n. 112. — ¹⁰ Lib. 2, cap. 40, num. 58. — *Satus*, de Just., lib. 7, num. 115.

211. — ^{a)} Sanchez, loc. cit., n. 24, consentit utique; sed, lib. 1, cap. 4, n. 14, distinguit: « Si vota haec, inquit, quotidie recitandi modicum, aut modice eleemosynae quotidie erga dñe, sint in honorem diei et temporis, tunc

in juramento promissorio, si quid leve promittitur, peccat graviter (ut isti dicunt) qui illud non implet. — Sed tenendum oppositum cum Busenbaum et Lessio¹⁰; Soto, Suarez, Trullenbach, Bonacina, Palao, etc., apud Salmant.¹¹. Quia votum est lex particularis; et lex non obligat, nisi juxta materiae gravitatem. Immo, idem dicendum de juramento promissorio, ut Salmant.¹² cum aliis: ut diximus supra, n. 173, v. *Magna*.

Hinc infertur quod votum vitandi peccatum non obligat, nisi juxta illius gravitatem: puta, si voves vitare mendacium; mentiendo, peccas tantum leviter, sed dupliciter: contra veritatem et contra votum. Salmant.¹³ cum Sanchez, Trullenbach, Navarro, etc. — Nisi tamen vitatio illius peccati ob causas sit res magni momenti: prout mendacium valde indecens esset personae in dignitate constitutae; vel nisi per illud peccatum multum quis impediatur a profectu in virtutibus. Salmant.

212. — « Immo, etsi toto anno omittas, « esse tantum veniale, eo quod materiae

Materia
levi non
coalescit.

Ubi mate-
ria levi,
violatio vo-
ti venialis.

Consecta-
rium pro-
voto vitan-
di pecca-
tum.

qu. 2, art. 1, dub. alterum. — *Suar.*, lib. 5, cap. 4, num. 9 et seqq. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 12, num. 5. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 4, num. 3. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 11, num. 6. — ¹¹ Loc. cit., num. 113. — ¹² Loc. cit., num. 115. — ¹³ Loc. cit., num. 115. — *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 12, num. 9. — *Navar.*, Man., cap. 12, num. 65. — *Salmant.*, loc. cit., num. 115.

non est mortale, etiam si vota haec semper violentur. At si non sint in diei honorem, sed tantum dies praefigatur ut terminus, ne ultra illum executio voti differatur; tunc, licet singulis diebus sit omissione venialis, tamquam

« istae parvae non coalescant in unam, « probabiliter docet Diana ¹, ex Soto ², « Aragon et Tanner ³, contra Valentiam, etc. ».

Si dies assignetur ad finiendam obligationem.

Secus, si ad sollicitandam.

Sic etiam dicunt Salmant. ³ cum Villalobos, etc. Sed recte hoc intelligendum esse advertunt, quando promissio illarum levium materiarum facta est in honorem diei: sicut censendum est in omnibus votis personalibus, nisi constet de opposito; ut dicunt communiter Salmant. ⁴; et Croix ⁵ cum Soto, Suarez, Laymann, Diana, Palao, etc.

Nam contra, si levis rei promissio sit facta per modum unius, ita ut dies non assignetur ut terminus, sed ne ultra obligatio differatur; tunc materiae coalescent, et possunt pervenire ad mortale. Quare, si voveas dare quotidie parvam eleemosynam; peccas graviter, si quotidie omittas, voto facto per modum unius. Ita Salmant. ⁶ cum Sanchez, Suarez, Trulench, Leandro, etc. — Hinc notant quod circa vota realia, nisi aliud constet, regulariter dies non apponitur ad finiendam, sed ad sollicitandam obligationem; et ideo materiae coalescent: ut docent communiter Salmant. ⁷ cum Suarez, Palao,

¹ Part. 8, tr. 5, resol. 24. — *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 3, dub. 1, concl. 3. — ² Tom. 3, disp. 5, qu. 4, dub. 3, n. 38. — *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 6, punct. 4, quae. 2, vers. *Ad tertiam*. — ³ Tr. 17, cap. 1, n. 115. — *Villal.*, tr. 34, diff. 4, n. 3; cfr. tr. 36, diff. 5, n. 11. — ⁴ Loc. cit., n. 115, 129 et seqq. — ⁵ Lib. 3, part. 1, n. 450. — *Sotus*, loc. cit. — *Suar.*, lib. 4, cap. 13, n. 9; cfr. lib. 5, cap. 5, n. 11 et 13. — *Laym.*, lib. 1, tr. 3, cap. 5, n. 9. — *Diana*, part. 5, tr. 5, resol. 53. — *Pal.*, tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 4, n. 9. — ⁶ Loc. cit., n. 115. — *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 4, n. 14. — *Suar.*, lib. 5, cap. 5, n. 10 et 11. — *Trull.*, loc. cit., dub. 12, n. 17. — *Leand.*, tr. 1, disp. 7, qu. 35. — ⁷ Tr. 17, cap. 1, n. 131. — *Suar.*,

Bonacina, Vasquez ^{b)}; et Croix ⁸ cum aliis, ut supra. Vide dicenda num. 220, v. *Utrum.*

213. — « 2^o. In materia gravi, etsi quis possit se obligare tantum leviter ». [Ut fuse probant Salmant. ⁹ cum Molina ^{a)}, Suarez, Palao, Filiuccio, etc., cum communiori et probabiliori; contra Sotum, Pontium ^{b)}, Corduba, etc.] « communiter tamen censemur voluisse se obligare graviter, nisi aliunde constet. Unde violans tale voto, peccat graviter ex genere suo. Vide *ibid.*

« 3^o. Qui, postquam gravi voto se obstrinxit, serio deinde dolet, quod fecerit, non peccat graviter: modo retineat animum implendi. — Vide Sá ¹⁰.

« 4^o. Qui violat voto de re jam ante praecpta, v. gr. qui post voto castitatis fornicatur, debet in confessione addere, quod voto id habeat, aut quod ordines acceperit, si confessarius nesciat: quia duplex tunc est malitia peccati. — Suarez ¹¹, Lessius ¹², Sanchez ¹³, Filiucci ^{c)}, cius ¹⁴. — [Ex communi enim bene valer votum de re alias praecpta. Salmant. ¹⁵ cum S. Thoma; contra Gersonium, S. Antoninum ^{d)}, etc. ¹⁶].

^{a)} Lib. 4, cap. 18, n. 9. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 14, n. 6. — *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 2, punct. 5, § 1, n. 10. — ^{b)} Lib. 3, part. 1, n. 450. — ⁹ Loc. cit., n. 109. — *Suar.*, de Voto, lib. 4, cap. 4, a. n. 4. — *Pal.*, loc. cit., punct. 11, n. 5. — *Fili.*, tr. 26, cap. 3, n. 80. — *Sotus*, de Just., lib. 7, qu. 2, art. 1, in fin. corp. — *Cordub.*, Sum., qu. 188, punct. 1. — ¹⁰ V. *Votum*, n. 5. — ¹¹ Lib. 2, cap. 6, num. 4 et 9. — ¹² Lib. 2, cap. 40, n. 47 et 48. — ¹³ Decal., lib. 4, cap. 5, n. 7. — ¹⁴ Tr. 26, n. 57. — ¹⁵ Loc. cit., n. 32. — *S. Thom.*, 2^o 2^{ae}, qu. 88, art. 2. — *Gerson.*, Regul. moral., § De Matrimonio, vers. *Religiosus professus*; et de Consil. evangel., vers. *Ex istis infero*. — ¹⁶ Ap. Salmant., loc. cit., n. 30.

rei modicae omissio; at dum notabilem orationis aut eleemosynae omissarum quantitatem attingit, erit mortale».

212. — ^{a)} *Sotus*, loc. cit., art. 1, rem ita distinguit: « Si voto emisisti quotidie dicens unum *Credo*, etsi id quotidie omittatur, affirmans penes promittentem esse, ut velit se ex sola morali honestate obligare.

^{b)} Pontius, de *Matrim.*, lib. 12, cap. 2, n. 12, de promissione in generali et de sponsalibus disputat, negatque a promittentis voluntate pendere promissionis obligationem; et ideo non est in ejus potestate, ut sit culpa venialis in materia notabilis».

^{c)} S. Antoninus, part. 2, tit. 11, cap. 2, § 1, non recte citatur a Salmant. Quamvis enim dicat voto de re praecpta impropre esse voto, quando scilicet non est expressum, uti in Baptismo votum de abrenun-

In materia gravi, possit esse obligatio levius.

Sed per se est gravis.

Dolere de voto non est lethale.

Violatio voti de re praecpta, duplex peccatum.

Alii dicunt patrem posse in morte per vota laedere legitimam.

Tenendum est oppositum.

Quomodo posteri tenentur voti communis.

Etiam per ratificatio- nem facti alterius.

Decal., lib. 4, cap. 9, n. 2 et seqq. — *Sanch.*, Decal., lib. 4, tr. 4, cap. 3, cap. 15, n. 22; et cap. 18, n. 26. — ² Lib. 4, tr. 4, cap. 3, n. 7. — ³ Tr. 17, cap. 1, n. 118. — ⁴ Loc. cit., n. 12. — ⁵ Ex 1. Si quis rem 2, ff. de pollicitate; et cap. *Licet*, de voto, — ⁶ Loc. cit., num. 125. — *Navar.*, Consil., lib. 3, de Voto, consil. 16, n. 4. — *Silvest.*, v. *Votum II*, qu. 11, vers. *Quartum*. — ⁷ Tr. 17, cap. 1, n. 126. — ⁸ Loc. cit., n. 127. — *Sanch.*, num. 10.

tiando diabolo; at subdit, « si est... expressum per modum propriae et singularis obligacionis, tunc mutat speciem: ut si quis voveat vel juret non amplius fornicari, non solum peccato luxuriae fornicando, sed etiam peccato perjurii vel fractionis voti».

215. — ^{a)} Diana diligenter a Salmant. allegatur; etenim, part. 1, tr. 8, resol. 84,

Ex alieno voto, nulla obligatio via voti.

« 5^o. Alieno voto nemo obligatur ex vi illius voti. — Unde, si qui canones videntur indicare, filium a patre reliquioni devotum, teneri eam profiteri, intelligenti sunt, si filius votum patris semel ratificaverit. — Suarez ¹, Sanchez, Laymann ². [Salmant. ³].

214. — « 6^o. Cum haeres teneatur solvere vota realia defuncti, non tenetur vi voti, sed ex justitia: sicut tenetur alia illius debita, legata, etc., solvere. — Laymann ⁴.

Certe haeres tenetur solvere vota realia defuncti, sicut alia debita ⁵. — Ex quo potest cogi ad solvendum per excommunicationem. Hinc, talibus votis debet satisficer ante legata; sed post debita justitiae. — Salmant. ⁶.

215. — Quaeritur hic: *an pater in morte, per vota possit laedere legitimam filiorum?*

Prima sententia affirmat cum Navarro, Silvestro, Diana ^{a)}, Lopez ^{b)}, Vega ^{c)}, etc., apud Salmant. ⁷. Sicut etiam (isti dicunt) potest pater gravare legitimam donationibus remuneratoriis. — Sed tenendum est oppositum.

Alii dicunt patrem posse in morte per vota laedere legitimam. — *Vota realia solvenda sunt ex proprio*; unde qui nequit ex suo, non tenetur ab alio mendicare. Quod si possit ex suo, et tamen alius, sive rogatus, sive sponte pro ipso velit solvere, id valet: quia tunc quod alter dat, fit ipsius. Non autem actio alterius personae potest fieri alterius. — Vide Laymann ¹².

Immo, bene satisfacit voto aut jumento eleemosynae, qui illam ab alio eo modo praestitam, ipso inscio, postea ratificat cum noverit; quia tunc jam adimpletur voto cum consensu voventis. Ita

Decal., lib. 4, cap. 9, n. 38. — *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 3, n. 13. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 2, n. 5. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 16, num. 5. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 15, n. 4. — ⁹ Loc. cit., n. 6. — *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 5, n. 9; cap. 15, n. 14; cap. 18, n. 27. — ¹⁰ Lib. 4, tr. 4, cap. 3, num. 7. — ¹¹ Loc. cit., num. 8 et 9. — ¹² Loc. cit., num. 10.

non aliud habet quam, quod pater possit filiorum legitimam minuere « remuneratoriis, ut dicunt, donationibus».

^{b)} Lopez, *Instruct. nov.*, part. 1, cap. 170, concl. 10; Vega, *Sum. silva*, lib. 5, cas. 295 et 296, perspicue hanc sententiam inculcant, dicentes posse patrem in morte legitimam filiorum laedere ad opera pia. Sed Lopez,

Votum facti alterius, quomodo intelligatur,

Solus votus implet vota personalia.

Vota realia solvuntur ex proprio.

Possunt per alium impleri.

Salmant.¹ cum Sanchez, Bonacina, Trulench, etc. — Et satis probable videtur. Sicut enim tali modo bene satisficeret promissioni alteri homini factae, sic etiam satisficit promissioni factae Deo.

^{218.} - « 11^o. Vota *conditionalia* non obligant, cessante conditione; etiamsi « ipse vovens causa fuerit ut conditio « non poneretur: dummodo id non impe- « diverit per dolum, vim aut malitiam. « Ut v. gr., vovisti peregrinationem, si « eam Petrus approbet; deinde submittis « qui persuadeat ut non approbet: illo igi- « tur non approbante, non teneris. Immo, « etsi malitiose per fraudem, dolum, etc., « impediveris, adhuc probabile est, te « voto non teneri; ut habet Laymann² « ex Suarez et aliis ». [Et haec est probabilius, ex Salmant.³ cum Palao, Fil- liuccio, etc.; contra Azor, Bonacina⁴, etc. Quia jam non impletur conditio, licet per culpam voventis]. — « Interim Laymann « recte hic advertendum monet ad inten- « tionem voventis: ut v. gr., si filius vovet « se ingressurum religionem, nisi pater « contradixerit; videtur ejus intentio fuisse, « nisi contradixerit ex se, sua sponte, sibi « relictus, etc. ».

At si dolose impediendas, peccas. — Vovisti v. gr. religionem, si pater approbet: si tu precibus vel rationibus impediendas consensum patris, non peccas; secus, si impediendas vi vel fraude. Item, vovisti castitatem, si Deus per annum te liberet a mortali: si tu ex fragilitate cadis, non peccas respectu voti; secus, si studiose peccas, ut solvaris a voto. Et sic de ceteris.

¹ Tr. 17, cap. 1, n. 122. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 15, n. 7. - *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 3, n. 4. - *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 14, n. 3. - ² Lib. 4, tr. 4, cap. 6, n. 4. - *Suar.*, lib. 4, cap. 17, n. 20. - ³ Loc. cit., n. 173. - *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 17, n. 12. - *Fill.*, tr. 26, cap. 6, n. 158. - *Azor*, part. 1, lib. 11, cap. 21, qu. 11. - *Laym.*, loc. cit., cap. 6, n. 4, i. f. - ⁴ Loc. cit., n. 171. - *Laym.*, loc. cit.,

concl. 11; et Vega, cas. 297, facultatem istam limitant: modo filii non defraudentur iis quae ad status decentiam ipsis sunt necessaria.

^{218.} - ^{a)} Bonacina, disp. 4, qu. 2, punct. 2, n. 6 et 7, ut notant ipsi Salmant., revera in primis editionibus (ut v. g. edit. Brixien 1625) contradicebat; sed in editionibus Venetis 1683 et 1705, in quibus additae sunt novae accessiones post obitum auctoris repertae, adhaeret opinioni quae S. Doctori probatur.

— Ita Salmant.⁴ cum Laymann, Palao, Sanchez⁵, etc.

^{219.} - Quoad conditiones autem votorum: Notandum¹. Quod omnes conditiones turpes aut impossibilis vota reddunt nulla. Salmant.⁵ — Notandum². Quod ad obligationem voti non sufficit, ut conditio impleatur aequivalenter; sed debet impleri specifice. V. gr. vovisti religionem, si soror tua nupserit: non sufficit, si illa moriatur. Salmant.⁶

^{« 12^o.} Qui vovit rem certam et determinat minatam, v. gr. hunc calicem: si ea res pereat, non tenetur ad aliam; cum id non soleat intendi. Si autem eam rem venediderit, probabilius videtur esse, teneri dare pecuniam quam accepit: quia qui vovet rem, censemur promittere omnem ejus utilitatem ».

^{220.} - « 13^o. Qui vovit aliquid facient dum certo tempore, ut jejunare hoc vel isto die; illo transacto, sive cum culpa, sive sine culpa ejus, ad nihil tenetur. Et neque, si praeviderit impedimentum eo tempore superventurum, tenebatur praevenire; cum haec non soleat intentio votantis esse. Suarez⁷, Navarrus⁸. Vide Bonacina⁹.

Sed eadem regula, quam diximus supra n. 212, currit hic: ex communi, cum Salmant.⁸ — Ad nihil enim teneris, transacto die, si dies appositus est ad finiendam obligationem, ut censendum est in votis personalibus: nisi constet de opposito; ut communissime dicunt Croix⁹ cum Soto¹⁰, Palao, Laymann, Diana, etc.; Salmant.¹⁰ cum Trulench, Suarez, San-

Conditio
turpis, im-
possibilis,
annullat vo-
tum.
Conditio
implenda
est specifica.

Si res pe-
reat, ad
quid tenea-
tur vovens.

Transacto
tempore,
cessat obli-
gatio.

Si dies ap-
ponatur ad
finiendam
obligatio-
nem.

Secus, si
ad sollici-
tandam.

chez, etc. — Secus, si diem apposuisti tantum ad sollicitandam impletionem: sicut e converso judicandum est regulariter in votis realibus, praecise, si ille dies nullam habeat magis speciale rationem quam alii; ut Salmant.¹ cum Suarez, Palao, Bonacina, etc.; ac Croix² cum aliis, ut supra.

Utrum autem in dubio, *an dies sit appositus ad finiendam vel ad sollicitandam voti exsecutionem, tenearis ad votum pro diebus transactis?*

Negat Diana³; quia, ut ait, vota in dubio non obligant, cum stricte sint interpretanda; ex regula communiter tradita a DD., cum Cajetano⁴, Laymann, etc. — Affirmant vero, generaliter loquendo, Sporer⁴, et Salmant.⁵ cum S. Thoma, Sanchez, Palao, Trulench⁴, Azor et Bonacina. Rationem dant Salmant.: quia, cum votum sit certum, et dubitet tantum de circumstantia excusante, possessio stat pro voto. Sed haec ratio non convincit; posset enim ei responderi, quod hic dubitatur de circumstantia quae afficit substantiam voti, et ideo votum ipsum redaret dubium, juxta dicta n. 198, v. *Certum*.

Hinc mihi rectius distinguendum videatur; et dicendum, quod in votis *personalibus*

¹⁰ Sanch., Decal., lib. 1, cap. 4, n. 14. — ¹¹ Tr. 17, cap. 1, n. 130 et 131. - *Suar.*, lib. 4, cap. 13, n. 9. - *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 14, n. 6. - ¹² *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 1, n. 10, i. f. — ¹³ Lib. 3, part. 1, n. 450. — ¹⁴ Part. 3, tr. 5, resol. 26. - *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 3, n. 3 et 4. — ¹⁵ Tr. 3, cap. 2, n. 109. — ¹⁶ Loc. cit., n. 182. - *S. Thom.*, in 4, dist. 38, qu. 1, art. 8, solut. 1, ad 6. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 14, n. 38. - *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 14, n. 4. - *Azor*, part. 1, lib. 11, cap. 16, qu. 11. - *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 1, n. 11. — *Salmant.*, tr. 17, cap. 1, n. 132. — ¹⁷ Lib. 1,

¹⁸ n. 509. — ¹⁹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 13. - *Sotus*, de Just., lib. 7, qu. 3, art. 2, vers. *Hic vero*. - *Aragon*, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 9, vers. *Secundum est advertendum*. — ²⁰ Tr. 17, cap. 1, n. 131. - *Suar.*, lib. 4, cap. 18, n. 7 et 9. - *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 14, n. 6. - *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 1, n. 10. - *Prado*, tom. 2, cap. 31, qu. 7, § 2, n. 13. — ²¹ Lib. 3, part. 1, num. 450. - *Laym.*, lib. 1, tr. 8, cap. 5, n. 9. - *Sotus*, loc. cit., qu. 2, art. 1. - *Diana*, part. 5, tr. 5, resol. 58: — ²² Tr. 3, cap. 2, n. 101 et 105. — ²³ Tr. 17, cap. 1, n. 129. — ²⁴ Loc. cit., n. 106. — ²⁵ Lib. 3, part. 1, n. 450.

^{b)} Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 23, n. 40 et seqq., multis exceptionibus hanc sententiam limitat.

^{220.} - ^{a)} Suarez, lib. 4, cap. 13, et cap. 14, n. 5; Navarrus, Man., cap. 12, n. 54, dicunt ad nihil amplius teneri eo casu, si nempe vovens obligationem principaliter diei affixerit, vel ad finiendam obligationem tempus assignaverit.

^{b)} De Soto vide notam a ad n. 212 supra.

^{c)} Cajetanus, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 2, vers. *Sed quid dicendum*, generaliter tantum id significat, scribens: « Sub quacumque verborum forma votum fiat, secundum contentum et intentum sensum judicandum est ».

^{d)} Trulench, lib. 2, cap. 2, dub. 13, n. 18, citatur a Salmant. dumtaxat pro generali regula, quod scilicet si tempus assignetur ut finiendae obligationis terminus, non amplius tenetur vovens transacto tempore; secus vero, si assignetur ut sollicitandae obligationis terminus.

^{e)} Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 196, n. 5, non adducitur a Sanchez pro ipsa propositione, sed solum pro ratione in qua ista fundatur, scilicet: in dubio standum esse presumptioni in utroque foro. — Menochius item

non adducitur pro propositione, sed dumtaxat pro definitione presumptionis, quam tradit in Op. *De Praesumpt.*, lib. 1, qu. 4, n. 3 et 5, et qu. 8, n. 1.

^{f)} Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 14, n. 36, male allegatur a Salmant. tamquam huic regulae patricinans: ipse enim contra negavit enim, loc. cit., n. 129, votum ulterius obligare, quando tempus assignatur ut terminus obligationis; et n. 131, dicunt hoc intelligendum esse tam de votis personalibus quam

Hinc in votis *realibus*, quia praesumptio est pro voto, pro ipso est etiam possessio; et ideo implendum etiam pro diebus transactis. Secus vero dicendum in votis *personalibus*, in quibus praesumptio est in oppositum. Et sic Salmant. sunt intelligendi; dum ipsi ut certum asserunt, quod in votis personalibus praesumitur dies appositus ad obligationem extinguidam.

Vovens sine certo tempore tenetur quam primum.

221. - « 14°. Qui vovit aliquid sine certo tempore, v. gr. peregrinationem, tantum tenetur implere, cum commode pri- mum potest. Quia sic moraliter quisque censetur intelligere suam promissionem, ut, habita commoditate, non nimis diu differat; quamvis minor causa ^{a)} sufficiat ad differendum, quam ad omittendum. — Filiuccius ¹, Suarez, Laymann ², Bonacina, etc. ».

Votum indeterminatum quoad tempus, v. gr. de rosario diurno, jejunio in sabbatis, obligat perpetuo: nisi aliud colligatur ex circumstantiis. Salmant. ³ communiter. — Si dubium tamen sit, an votum fuerit pro anno vel mense, non teneris nisi ad minus. Salmant. ⁴ cum Sanchez, Trullench, Suarez, Bonacina, etc., ex cap. 18, de censib.

Quaeritur: *an faciens votum pro tempore indeterminato, peccet mortaliter, si diu differat implere?*

¹ Tr. 26, cap. 4, n. 121. — *Suar.*, lib. 4, cap. 12, n. 6, 7 et 13. — ² Lib. 4, tr. 4, cap. 3, n. 5. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 1, n. 1. — ³ Tr. 17, cap. 1, n. 140. — ⁴ Loc. cit., n. 146. — *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 13, n. 17. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 16, n. 26. — *Suar.*, lib. 4, cap. 8, n. 5 et 6. — *Bonac.*, disp. 1, de Restit. in gen., qu. 2, punct. 2, § incidens n. 5. — *Petr. Ledesm.*, Sum., part. 2, tr. 10, de Voto, cap. 3,

de realibus: sed statim subdunt, quasi doctrinam limitantes: « Quamvis regulariter et secundum communem usum, non soleat circumstantia temporis in realibus votis principaliter intendi... Unde nisi aliud manifeste constet, in hic votis realibus circumstantia temporis solum ad sollicitandam executio- nem apponitur ».

221. - ^{a)} Haec limitatio ab ipso Busenbaum apponitur doctrinae auctorum qui hic allegantur.

^{b)} Armilla, v. *Votum*, n. 16, negat posse expectare tres vel quatuor annos. — Et ita quidem allegant auctores Salmant., tr. 15, cap. 2, n. 32, quasi scilicet assignent pro notabilis dilatione, eam quae per duos vel tres annos protrahatur.

^{c)} Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 97, (al.

Certum est, quod si votum est in perpetuum obsequium Dei, puta, ingrediendi religionem, xenodochio inserviendi, et similis; peccat lethaliter qui diu differt, si adsit opportunitas implendi, et non excusat rationabilis causa.

Dicunt autem Armilla ^{b)}, Rodriguez ^{c)} et Ledesma, apud Salmant. ^{b)}, differre votum religionis per duos vel tres annos non esse mortale. Sed haec opinio merito videtur laxa aliis, ut Sporer ⁵, Salmant. ⁶ et Sanchez ⁷. — Alii vero, ut Sanchez ⁸, et Croix cum Palao, universaliter loquendo, dicunt esse mortale differre per sex menses; et his adhaerent Salmant. ⁹ cum Trullench ^{d)} et Garcia, putantes mortalem fore dilationem ultra sex menses. — Consentit etiam Sporer, si vovens exceedat aetatem 40 annorum. Censem tamen cum Tamburinio ^{e)}, excusari a mortali juvenem 15 vel 16 annorum, qui differt per tres vel quatuor annos: quia (ut dicunt) hoc tempus videtur parva materia, respectu ad servitium totius vitae. Sed huic non omnino acquiesco, nisi adiust justa causa dilationis. — Justae autem causae differendi sunt: si vovens speret dilatione parentes emolliendos; item, si obstet gravis necessitas spiritualis aut corporalis sororum vel fratrum ^{f)}. Ita Croix ¹⁰ cum Palao et Gobat; Bonacina ¹¹ cum Aragon ^{f)} et

dub. penult. — ^{g)} Tr. 3, cap. 2, n. 117. — ^{h)} Tr. 15, cap. 2, n. 32. — ⁱ⁾ Decal., lib. 4, cap. 14, n. 9. — ^{j)} Loc. cit., n. 22. — *Croix*, lib. 3, part. 1, n. 446. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 13, n. 7. — ^{k)} Loc. cit., n. 32. — *Hieron. Garcia*, Polit. regul., tr. 2, diff. 1, dub. 8, n. 7. — *Sporer*, loc. cit., n. 117. — ^{l)} Lib. 3, part. 1, n. 446. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 18, n. 5. — *Gobat*, de Voto, n. 87. — ^{m)} Disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 1, n. 8.

cap. 95 n. 9, indiligerent a Salmant. citatur; disserit enim de eo qui religionem ingredi vovit sub conditione: ni Deus aliud ordinaverit. Quod si sensus hujus conditionis sit: si Deus non impeditur aliqua infirmitate aut simili impedimento: « in quo casu, inquit, si accedat faciens votum ad 17 aut 18 annos, statim cessante hoc impedimento, tenetur adimplere votum ».

^{d)} Trullench citatur quidem a Salmant., ut habetur apud S. Alphonsum; sed ipse, lib. 2, cap. 2, dub. 13, n. 11, expresse dicit mortale esse si, data opportunitate, « dimidio anno » differatur.

^{e)} Tamburinius, Decal., lib. 3, cap. 12, § 3, n. 10, haec affirmat de eo qui decimum quintum annum agit.

^{f)} Ex auctoribus, qui pro differendi causis

Diu dif- ferre, quan- do sit lethali-

Dilatio voti religio- nis, quanta sit lethalis.

Justae cau- sare dilationis.

Quaedam cavenda in dilatione.

Dilatio voti in obsequiu- um tempora- le, nun- quam lethali-

Juxta au- torem, dilatio nota- bilis, lethali-

Votum si- ne certo lo- co, quomo- do impleatur.

Tabiena ^{f)}; Sanchez ¹, et Salmant. ² cum Suarez ^{f)}, Machado, Pellizzario, Trullench ac Garcia.

Bene tamen advertunt Sporer et Salmant., in his casibus sedulo cavendum, ne dilatio sit nimia, aut ne periculum adsit votum nunquam implendi. Quod periculum non raro adest in votis religionis: pro quorum executione, daemones innumerabiles excitant dissidia et impedimenta.

Si autem votum sit in obsequium temporale, scilicet tot jejuniorum, peregrinationum, etc.; censem probabile Sporer ³ cum Tamburinio, quamcumque dilationem non pertingere ad mortale ^{g)}. Et favet Sanchez ⁴, referens S. Antoninum, qui dicit illam esse moralem mortalem, quando fit dilatio per longa tempora, et ex ipsa dilatione est periculum oblivionis vel impotentiae implendi. — Sed verius dicendum, peccare mortaliter qui sine justa causa notabiliter votum differt implere, nempe ultra duos vel tres annos; ut recte sentiunt Croix ^{h)}, et Salmant. ⁵ cum Palao ^{h)}, Trullench ⁱ⁾ et Garcia ^{j)}. Putat autem Croix cum Diana, quod si vovisti singulis mensibus confiteri, posses ex causa differre per duos vel tres dies ultra mensem ^{j)}.

222. - « 15°. Qui vovit aliquid sine certo loco, v. gr. ingredi religionem S. Benedicti, satisfacit intrando quodcumque monasterium illius ordinis, in quo ser- ventur substantialia regulae. Neque te-

¹ Decal., lib. 4, cap. 14, n. 8 et seqq. — ² Tr. 15, cap. 2, n. 30. — ³ Machado, Perfido confessor, lib. 2, part. 3, tr. 10, docum. 8, n. 5. — ⁴ Pellizzario, tr. 4, cap. 1, n. 95. — ⁵ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 18, num. 4. — ⁶ Hieron. Garcia, Polit. regul., tr. 2, diff. 1, dub. 8, n. 6. — ⁷ Sporer, tr. 3, cap. 2, n. 114 et 115. — ⁸ Salmant., loc. cit., n. 80. — ⁹ Loc. cit., n. 116. — ¹⁰ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 12, § 3, n. 11. — ¹¹ Loc. cit., n. 21. — ¹² S. Anton., part. 2, tit. 11, cap. 1, § 2, vers. Quan-

« netur pro admissione peragrade provinciam; sed satis est adire loca aliquot non nimis dissita. Et satisfacit voto, si postquam ingressus est, remittatur aut egrediatur (saltum cum justa causa, qualis est, v. gr. gravis ac diurna tristitia et anxietas, sive ex natura ipsa sive aliunde nata; Escobar, ex Sanchez ⁶) ante professionem. — Vide Trullench ⁷. [Et vide Lib. IV, ex n. 72].

⁸ 16°. Qui vovit aliquid sine certa qualitate, v. gr. religionem in genere, potest ingredi quamcumque, etiam laxiore: modo servant essentialia, et sit approbata. — Similiter, si quis vovit tritum, etc., non tenetur dare optimum quod habet; sed satis est (loquendo de obligatione praecise), ut det quod non sit plane ineptum. [Idem Salmant. ⁸ cum Laymann, Suarez, Bonacina ^{a)}, etc. — Qui vovet dare calicem, aedificare ecclesiam, debet implere juxta usum communem].

⁹ 17°. Qui vovit aliquid sine certa quantitate, v. gr. eleemosynam, pecuniam, frumentum, etc.; satisfacit dando quantum voluerit: [Salmant. ⁹ cum citatis DD.] « modo non tam parum, ut videatur potius irridere suum votum, quam implore. Ratio horum omnium petitur ex intentione voventis; qua nemo censemur se obligare, nisi ad id quod commode potest, et communiter est decens. — Suarez, Sanchez ¹⁰.

¹¹ tum ad primum. — ¹² Tr. 15, cap. 2, n. 32. — ¹³ Croix, loc. cit., n. 446. — ¹⁴ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 100. — ¹⁵ Escobar, tr. 1, exam. 4, cap. 7, n. 53. — ¹⁶ Decal., lib. 4, cap. 16, n. 100. — ¹⁷ Lib. 2, cap. 2, dub. 20, n. 7 et 8. — ¹⁸ Tr. 17, cap. 1, num. 140. — ¹⁹ Laymann, lib. 4, tr. 4, cap. 3, num. 4. — ²⁰ Suarez, de Voto, lib. 4, cap. 8, num. 9 et 10. — ²¹ Loc. cit. — ²² S. Anton., loc. cit., n. 10. — ²³ Decal., lib. 4, cap. 18, n. 8 et 10.

^{f)} Trullench, lib. 2, cap. 2, dub. 13, n. 10; Garcia, loc. cit., dub. 8, n. 6, male a Salmant. hec citantur; non enim determinant, qualis censenda sit notabilis dilatio.

^{g)} Quin etiam addunt: Si intra octo dies post mensem sequeretur solemne festum, et aegre bis intra octo dies confitereris, posses eousque differre.

^{h)} Secluso tamen periculo omissionis, ut advertunt auctores laudati.

ⁱ⁾ Croix, loc. cit., n. 446, mortalem esse

dicit dilationem « ad duos tres annos ».

^{j)} Palau idem tenet, tr. 15, disp. 1, punct. 13, n. 7.

« consideratis circum-

33

In dubio,
sequenda
acceptio
verborum.

« 18°. In dubio de mente voventis, de-
bet fieri interpretatio secundum verbo-
rum, quibus usus est, proprietatem, vel
potius communem et usitatam acceptio-
nem. — *Filiuccius*^{b)}, *Laymann*¹⁾. [Sal-
mant.²⁾].

Votum de
poena sol-
venda quo-
ties obligat.

« 19°. Qui vovit, si ludat char-
tis, dare decem imperiales; tenetur, se-
cundum Sanchez, dare toties decem,
quoties ludit; quia poena est actui acces-
soria. Videtur tamen negare *Laymann*^{a)}.
— Vide *Trullenbach*, *Diana*^{b)}.

Si sit sim-
plex, obli-
gat semel.

Bene distinguunt *Salmant*³⁾. — Si votum fuit simplex de solvenda poena, si lusserit; tunc sufficit solvere poenam pro prima vice: cum *Sanchez*^{c)}, *Bonacina*^{c)}, *Sà*^{d)}, *Diana*^{d)}. Et satis probabile vocat *Laymann* et *Palaus*. — Secus, si votum fuit duplex, scilicet, de non ludendo, et de poena solvenda. Tunc, quoties transgreditur votum, solvenda est poena; nisi haec sit gravissima, ut peregrinatio, elargitio magnae eleemosynae, quae non soleat communiter repeti. Ita *Salmant*,⁴⁾ cum *Laymann*, *Palao*, *Trullenbach*, *Sanchez*, *Diana*^{e)}, etc.

Si duplex,
obligat to-
ties quoties,

nisi poena
sit gravissi-
ma.

Si duplex,
relaxato
primo, relax-
atur alter-
num.

Hic advertendum, quod in tali voto poenali dupli, si relaxetur primum, relaxatur etiam secundum^{f)}, prout primi

¹⁾ Lib. 4, tr. 4, cap. 3, n. 3. — ²⁾ Tr. 17, cap. 1, n. 124. — *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 22, n. 21. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. n. 10. — ³⁾ Loc. cit., n. 17. — *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 5, n. 4, i. f. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 18, n. 6. — ⁴⁾ Tr. 17, cap. 1, n. 17. — *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 5, n. 4. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 18, n. 6. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. n. 10. — *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 22, n. 21. — ⁵⁾ Loc. cit., n. 176. — *Pal.*, loc. cit., punct. 18, n. 4. — *Laym.*, loc. cit., cap. 5, n. 2, coroll. 2. — *Sanct.*, loc. cit.,

stantiis personae voventis, loci, temporis et causae moventis ad votum».

^{b)} *Filiuccius*, tr. 26, cap. 3, n. 91, dicit attendandam esse « proprietatem verborum ».

^{223. — a)} *Laymann*, loc. cit., cap. 5, n. 4, male citatur a *Busenbaum*; distinguunt enim, ut recte infra indicat *S. Alphonsus*. Si votum est duplex, « vera est, inquit, sententia », quae docet ad poenam teneri toties quoties; si vero votum sit unicum, inspicendi am esse voventis intentionem, quae si dubia remaneat, « reprehendi non potest » opinio quae tenet votum pro sola prima vice valere.

^{b)} *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 60, non de hac materia, sed de casu tantum simili loquitur.

^{c)} *Sanchez*, l. c., cap. 14, n. 40, a *Salmant*. citatur; sicut et *Bonacina*, loc. cit., punct. 5, § 1, n. 5, pro alio casu huic simili, quod Sal-

accessorium. *Salmant*,⁵⁾ cum *Palao*, *Laymann*, *Sanchez*, etc. — Notandum deinde, quod qui invincibiliter ignorat, sive obli- viscitur votum principale aut votum de poena, ad eam non tenetur. Vide *Salmant*.⁶⁾

^{224. — b)} Plura ultimo hic pariter sunt notanda:

Et 1°. Quod vota semper sunt inter-
pretanda juxta benignorem partem. — *Vota semi-*
per beni-
gnus inter-
pretanda.

Notandum 2°. Quod fractiones votorum sunt eiusdem speciei. Hinc, si quis habens votum castitatis fornicetur, potest seorsim fractionem voti confiteri. — *Salmant*.⁸⁾

Sed quid, si quis vovet jejunium ex speciali motivo temperantiae? — *Valentia*, *Sanchez*, *Bonacina*, etc., apud *Salmant*.⁹⁾, probabiliter tenent, committere duo peccata jejunium frangendo. Ita pariter, conjugem voventem castitatem ex motivo amoris ad castitatem, si petat debitum, dicunt committere duo peccata. — Sed probabiliter tenendum cum *Salmant*, et *Cajetano*, *Trullenbach*, *Suarez* et *Prado*, tales committere unum mortale contra votum; quia ex voto obligationem tantum fidelitatis erga Deum sibi imponunt, non aliam.

⁷⁾ Loc. cit., n. 9. — ⁶⁾ Loc. cit., n. 175. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 148. — *Laym.*, loc. cit., cap. 3, n. 3 et 4. — ⁸⁾ Loc. cit., n. 101. — *Valent.*, in 2^{am} 2^{se}, disp. 6, qu. 6, punct. 4, quer. 1, concl. 2. — *Sanct.*, loc. cit., cap. 11, n. 6. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 5, § 4, n. 11. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 102. — *Salmant*, loc. cit., n. 108. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{se}, qu. 88, art. 5, dub. ult. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 12, n. 23. — *Suar.*, lib. 5, cap. 3, num. 11 et 13. — *Prado*, tom. 2, cap. 31, de Voto, qu. 11, § 5, n. 40.

mant. ad confirmationem suae doctrinae ad hibent.

^{a)} *Sà*, v. *Votum*, n. 26; *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 181, videntur utique de simplici voto loqui, dum generaliter scribunt: « Vovens se aliquid facturum (sunt verba Emmanuelis *Sà*, cui subscribit *Diana*), si contingat forte peccare, intelligitur de prima vice, nisi intendisset expresse quoties peccasset ».

^{e)} *Diana*, part. 7, tr. 9, resol. 60, dictum *Palai* citat, quin de eo ullum proferat judicium.

^{f)} Si nempe dispensatio fiat antequam vovens in poenam incurrit; si autem per voti principialis fractionem poenam jam incurrit, dispensatio prioris non ferret secum dispensationem in secundo. Ita auctores laudati.

^{224. — a)} De *Cajetano*, vide notam c ad n. 220 supra.

*Oblitus
unitus, non
tenetur ad
poenam.*

*Fractiones
votorum
sunt ejus-
dem spe-
ciei.*

*Etsi vo-
tum factum
sit ex spe-
ciali mo-
tivo.*

*Votum
disjuncti-
vum rei bo-
nae vel ma-
lae, nullum.*

*Si utraque
pars sit ap-
pta, quomo-
do obligat.*

Notandum 3°. Quod si quis vovet dis- junctive rem bonam, vel malam, aut va- nam, aut impossibilem; votum nullum est. *Salmant*.¹ — Si vero utraque pars est ma- teria apta, illa quae eligitur praestanda est, etiam si post electionem altera pars pereat, seu impossibilis reddatur. E con- verso, si pereat una pars aut impossibilis reddatur ante electionem, non teneris ad alteram; nisi tua culpa res periret, aut fui- sti in mora eam tradendi aut determi- nandi^{b)}. Ita *Salmant*.² cum *Sanchez*, *Pa- lao*, *Molina*, etc.

Quaeritur hic: *an unam partem jam electam possit vovens cum altera commu- tare?*

Negant probabiliter *Palaus*^{c)} et *San- chez*^{c)} cum aliis, apud *Salmant*.^{c)} Unde, si electa sit pars, cujus materia sit reser- vata, ut castitas, etc., requiritur dispen- satio papalis. — *Affirmant* tamen *Lean- der*^{d)} et *Tamburinius*^{e)} cum pluribus apud ipsum; et non minus probabile merito vo- cant *Salmant*.⁸⁾ Ratio, quia, non obstante electione facta, votum adhuc remanet disjunctivum; nec, per determinationem peractam, vovens se privavit libertate alteram eligendi partem.

¹⁾ Tr. 17, cap. 1, n. 141. — ²⁾ Loc. cit., n. 141 et 142. — *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 13, n. 25. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 12, n. 28. — *Molina*, de Just., tr. 2, disp. 270, n. 6. — ³⁾ Tr. 17, cap. 3, n. 107. — ⁴⁾ Loc. cit., cap. 1, n. 185. — *Pal.*, tr. 15, disp. 1, punct. 12, n. 6. — ⁵⁾ Tr. 17, cap. 3, n. 107. — *Sanct.*, Decal., lib. 3, cap. 15, § 6, n. 4. — *Suar.*, lib. 4, cap. 7, n. 14. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 16, n. 29. — ⁶⁾ Tr. 3, cap. 2, n. 96. — ⁷⁾ Lib. 3, part. 1, n. 433; lib. 6, part. 2, n. 1281. — ⁸⁾ Loc. cit., cap. 1, n. 136. — *Pal.*, loc. cit., punct. 12, num. 5. — ⁹⁾ *Tambur.*, loc. cit., cap. 15, § 6, n. 5. — *Prado*, tom. 2, cap. 31, de Voto, qu. 6, § 2,

^{b)} Si vero in mora non fueris, nec res tua culpa perierit, rem superstitem tradere non teneris; sed vel hanc, vel rei qua periret aestimationem tradere teneris: ita *Salmant*. et *Palaus*. — *Sanchez* autem id valere vult ante electionem; at si post electionem res absque tua culpa perierit, negat te obligari ad rem superstitem vel ad alterius aestimationem. — *Molina* vero indistincte negat obligationem tradendi rem superstitem, si ex duabus inde- terminatae promissis una perierit.

^{c)} *Palaus*, tr. 15, disp. 2, punct. 11, n. 6; *Sanchez*, de Matrim., lib. 8, disp. 9, n. 14; et *Decal.*, lib. 4, cap. 40, n. 43, ita tenent, non de voto disjunctivo in generali, sed de voto disjunctivo emiso de materia reservata et non reservata: si igitur vovens jam partem reser- vatam elegerit, negant alium praeter Papam

*Vovens
audire sa-
cram, ad
quid tene-
tur die fe-
sto.*

*Vovens
rosarium,
quomodo
impleat.*

*Vovens je-
junium quo-
modo tene-
tur.*

*Comedens
carnes non
tenetur ad
jejunium.*

Qui vovet per mensem audire sacram, probabiliter non tenetur in festis audire duo: sicut probabile etiam est hoc, si imponatur a confessario pro poenitentia. — *Salmant*.⁴⁾ cum *Palao*, *Tamburino*, *Sua- rez*, *Trullenbach*, etc.; *Sporer*⁵⁾ ac *Croix*⁶⁾.

Qui vovet rosarium, satisfacit recitando tertiam partem; quia communiter sic intelligitur. *Salmant*.⁷⁾ cum *Palao*, *Tamburino*, *Prado*. — Et satisfacit recitando alternativam; quia tale votum obligat instar officii divini. *Salmant*.⁸⁾ cum *Trullenbach*, *Tamburino*, *Diana*, *Leandro*. — Et etiam satisfacit dividendo decades. *Salmant*.⁹⁾ cum *Sanchez*, *Trullenbach*, *Bonacina*, etc.

Qui vovet jejunium, potest comedere lactinia: ut *Salmant*.¹⁰⁾ cum *Sanchez*^{f)} et *Palaus*^{f)}. — Si vovet jejunium per mensem, non tenetur in dominica; vel si vovet in vigilia alicujus Sancti, quae veniat in dominica, potest anticipare jejunium in sabbato: *Salmant*.¹¹⁾ cum *Bonacina*, *Trullenbach*, *Diana*, etc. — Si vovens jejunium comedit carnes, non tenetur ad jejunium: ad differentiam jejunii praecepsi ab Ecclesia, quae duplice pracepto imponit et jejunium et abstinentiam a carnis; juxta *Salmant*.¹²⁾ cum *Sanchez*, *Azor*^{g)}, *Silve-*

¹¹⁾ Loc. cit., cap. 1, n. 136. — *Trull.*, loc. cit., n. 19. — *Tambur.*, loc. cit., n. 5. — *Diana*, part. 9, tr. 8, resol. 6, vers. *Sed quia*. — *Lean.*, tr. 1, disp. 19, qu. 5. — ⁸⁾ Loc. cit., num. 186. — *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 11, num. 39. — *Trull.*, loc. cit., n. 19. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 6, n. 6. — *Suar.*, lib. 4, cap. 7, n. 14. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 16, n. 29. — ⁵⁾ Tr. 3, cap. 2, n. 96. — ⁶⁾ Lib. 3, part. 1, n. 433; lib. 6, part. 2, n. 1281. — ⁷⁾ Loc. cit., cap. 1, n. 136. — *Pal.*, loc. cit., punct. 12, num. 5. — ⁸⁾ *Tambur.*, loc. cit., cap. 15, § 6, n. 5. — *Prado*, tom. 2, cap. 31, qu. 6, § 2,

⁹⁾ Si vero in mora non fueris, nec res tua culpa perierit, rem superstitem tradere non teneris; sed vel hanc, vel rei qua periret aestimationem tradere teneris: ita *Salmant*. citatur, tr. 17, cap. 3, n. 107.

¹⁰⁾ *Leander*, de Sacram., tr. 5, disp. 14, qu. 143, et *Decal.*, part. 2, tr. 1, disp. 17, qu. 108, hanc sententiam probabilem existimat; sed tr. 5, de Sacram., loc. cit., contrariam probabilem ideoque tenendam affirmat.

¹¹⁾ *Tamburinius*, Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 31, simpliciter negat tale votum esse reser- vatum.

¹²⁾ *Sanchez*, Decal., lib. 4, cap. 11, n. 65; et *Palaus*, tr. 15, disp. 1, punct. 12, n. 11, generalem dumtaxat regulam habent, nempe: Vovens jejunium non aliter intendit se obligare quam Ecclesia obligat. Ex qua quidem regula casus praesens plane colligitur.

¹³⁾ *Azor* non videtur recte a *Salmant*. citari; dicit enim, part. 1, lib. 11, cap. 21, qu. 6,

stro^h, etc., et prout declaravit Benedictus XIV. (Vide infra, n. 1015).

An vovens jejunium singulis sabbatis, teneatur ad votum, si in sabbato cedat Natalis Domini?

Probabiliter negant Molina, Azor, Fagundez, Diana, Rodriguez, Villalobos, apud Salmant.¹; et probabilem vocant Bonacina² et Tamburinus³. Nisi expresse intenderit, adhuc eo die se velle obligare; quia tunc procul dubio tenetur. — Affirmant Salmant.⁴ ut probabilius, cum Suarez⁵, Sanchez, Vasquez. Vide mox dicens, n. 226, v. *Sed quid.*

Si quis immemor voti vel poenitentiae injunctae, etc., praestet opus debitum, bene satisfacit per voluntatem generalem, quam quisque censemur habere satisfaciendi prius suis obligationibus. Ita Sporer⁶, Sanchez⁶, Lessius⁷, Laymann⁷.

Si quis autem est certus de voto, sed habet probabilem rationem quod illi satisfecerit; dicunt plures auctores, voven-tem ad nihil teneri. Sed huic opinioni jam diximus (*Tract. de Consc.*, n. 29), non esse adhaerendum; quia obligatio voti certi sola probabili satisfactione nequaquam impletur.

Immemor
voti vel poenitentiae sa-
tisfacit.

Probabi-
lis implecio
non sufficit.

DUBIUM V.

Quot modis tollatur obligatio Voti.

225. *Tollitur obligatio voti:* 1. *Per materiae mutationem.* 2. *Per auctoritatem humanam.* Vide *resolutiones*. — 226. *An sit obligatio implendi votum, si superveniat circumstantia non praevisa.* — (*Quid vero de votis simplicibus castitatis et religionis; et quid de solemnibus.* Vide Lib. IV, n. 50).

225. — « Resp. Dupliciter tolli potest: « — 1°. *Nullius auctoritate interveniente.* « Idque, vel *materiae mutatione*: ut, si materia ante honesta fiat turpis, indifferens, vel impeditiva majoris boni, ratione no- vae circumstantiae vel prohibitionis; vel si fiat *impossibilis* absolute aut morali- ter, vel desitione conditionis a qua pen- debat. — 2°. *Interventu auctoritatis hu- manae.* Idque tripliciter: *irritatione, com- mutatione vel dispensatione;* de quibus in sequentibus Dubiis. — Est communis. Sanchez⁸, Lessius⁹, Suarez, Fillucci¹⁰. « Unde resolves:

« 1°. Etsi tua culpa materia facta sit « *impossibilis, inutilis, etc.; tamen, post-*

« quam jam talis facta est, cessat obliga- tio, et sufficit poenitere de culpa.

« 2°. Si concurrat obligatio duorum vo- torum incompossibilium, implendum est id quod est praestantius et Deo gratius; et alterum cessat. Quod si vero sit ae- quale, aut nescias utrum sit melius, im- plendum est quod prius vovisti, et ruit « posterior: si et hoc nescis, libera est « electio. — Vide Trullench¹¹.

« 3°. Si materia voti fiat impossibilis « quoad partem tantum; tunc, si commode talis materia dividi non potest aut non solet, ad nihil teneris. — V. gr., vovisti « aedicare templum: si totum non potes, « non teneris ad partem.

Vota in-
compossi-
bilis, quo-
modo obli-
gent.

Materia
impossi-
bilis ex parte ad
quid obli-
get.

Bened. XIV, Encycl. *Libentissime*, § 3, die 10 Ju- nii 1745. — Molina, tr. 2, disp. 272, n. 3. — Asor, part. 1, lib. 11, cap. 21, qu. 3. — Fagund., de 4 praec. Eccles., lib. 1, cap. 6, n. 6. — Diana, part. 1, tr. 9, resol. 22; part. 9, tr. 8, resol. 6, i. f. — Rodrig., Sum. (hispan.), tom. 3, cap. 25, n. 8. — Villal., part. 2, tr. 34, diff. 34, n. 3. — Tr. 17, cap. 1, n. 188. — Disp. 4, qu. 2, punct. 6, n. 9. — Decal., lib. 3,

cap. 15, § 6, n. 13. — Loc. cit., n. 139. — Sanch., Decal., lib. 4, cap. 11, n. 61. — Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 30, cap. 4, num. 26. — Tr. 1, cap. 1, num. 90, III. — Decal., lib. 1, cap. 13, num. 10. — Lib. 1, tr. 4, cap. 4, num. 7. — Decal., lib. 4, cap. 24. — Lib. 2, cap. 40, dub. 11. — Suar., lib. 6, cap. 1. — Tr. 26, cap. 8. — Lib. 2, cap. 2, dub. 9, n. 11.

toties contra votum peccari, quoties in hac die carnes eduntur.

^{h)} Silvester perspicue rem indicat, v. *Votum II*, qu. 20, vers. *Quartum*, inquiens: « Non est mortale [jejunandi] votum frangere], nisi prima vice quia agitur contra votum ».

ⁱ⁾ Suarez, lib. 4, cap. 20, n. 8, ita docet casu, quo quis voverit jejunium singulis feriis

sextis, pro tota vita; si vero illud voverit pro uno altero anno tantum, ait posse non jejunare die Natalis Domini: « Ego tamen, addit, semper consulerem sequi... securiorem ».

^{j)} Lessius, lib. 2, cap. 37, n. 59, hanc sententiam a fortiori inculcat, dum dicit praecerto satisfacere, eum qui illud servat cum animo non implendi.

« 4°. Si vero dividi commode potest et solet, manet obligatio ad illam partem quam potes: ut v. gr. 1°. Qui non potest jejunare tota hebdomada, potest autem aliquot diebus, ad hoc tenetur. 2°. Qui matrimonium contraxit, et contractum post votum castitatis, tenuetur non petere debitum: cum eatenus votum adhuc sit possibile (reddere enim debet). — Vide Bonacina¹.

« 5°. Quod si votum dividi quidem possit, sed unum in eo sit principale, relativa vero accessoria tantum, non per se seorsim intenta, sed dependenter a priori, tamquam illius appendices et modi; tunc, si principale fiat impossibile, ruit etiam obligatio accessorii: non autem contra. Ut v. gr., vovisti peregrinationem Romanam in cilicio, et ibi certi aliquid offere, si peregrinatio impossibilis fiat, non teneris cilicum ferre, et oblationem mittere. — Vide Sanchez², Bonacina³, Trullench⁴.

226. — Hic quaeritur: *an sit obligatio implendi votum, si notabilis circumstan- tia superveniat, qua praevisa, quis votum non emisisset?*

Est communis sententia apud Salmant.⁵ cum Sanchez, Palao, Trullench, etc. (Vide dicta n. 187, v. *Sed dubium*), quod in omni promissione, prout est etiam votum, mutatione materiae de se notabilis obligationem aufert. — Ratio, quia per mutationem res fit diversa, quam promissa.

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 1, n. 6. — Decal., lib. 4, cap. 10, n. 10. — Loc. cit., punct. 4, § 4, n. 6. — Lib. 2, cap. 2, dub. 10, n. 5. — Tr. 17, cap. 3, n. 20. — Sanch., loc. cit., cap. 2, n. 22. — Pal., tr. 15, disp. 1, punct. 20, n. 3. — Trull., loc. cit., dub. 28, n. 2. — Tr. 28, cap. 2, n. 104. — Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 30, cap. 4, n. 26. — Decal., lib. 4, cap. 11, n. 61. — Loc. cit. — Tr. 2, disp. 272, n. 3. —

226. — a) Navarrus, Man., cap. 21, n. 11, non loquitur de circumstantia non praevisa; sed absolute negat eum, qui votum emisit jejunando omni feria sexta vel sabbato, posse vesci carnibus et non jejunare die Natalis Domini, tali die incidente.

b) Silvester, v. *Jejunium*, n. 25, qu. 10, negat pariter licitum esse vesci carnibus die Natalis Domini, illi qui vovit abstinentiam a carnibus feria sexta. At quaerens utrum qui vovit ovorum abstinentiam feria sexta, possit carnes comedere die Natalis Domini, si in feriam sextam incidat, sic distinguendo respondet: « Si habitualiter intendebat se eo casu

Sed quid, si nova circumstantia accidat non praevisa, puta, si quis vovisset jejunare omnibus feriis sextis, an teneretur ad jejuniū in die Nativitatis Christi Domini, quem diem exclusisset, si praevidisset?

Affirmant Salmant.⁶ cum Navarro^a, Vasquez, Silvestro^b, aliisque cum Sanchez^c. (Sed notandum, quod Sanchez^c loquitur de praeciso casu jejunii; quia censem, circumstantiam festi non efficere notabilem mutationem: verum circa nostrum quae situm oppositam tenet sententiam, ut infra). — Ratio, ut dicunt, quia ad exigendum voventem ab obligatione voti, non est attendendum ad id quod ipse promisisset, si meminisset; sed potius ad id quod actu promisit. Et probant ex cap. *Explicari*, de obs. *jejun.*, ubi Honorius III dixit: *Qui nec voto, nec regulari obser- vantiae sunt adstricti, in sexta feria, si festum Nativitatis Dominicæ die ipso ve- nire contigerit, carnibus propter festi ex- cellentiam vesci possunt, secundum con- suetudinem Ecclesiae generalis.*

Negant vero teneri ad votum Molina^d, Azor^e; item Fagundez^f, Diana et alii, apud Salmant.¹¹, loquendo de praedicto casu jejunii (de quo vide etiam dicta n. 224, v. *An vovens*), et loquendo gene- rice de omni nova circumstantia notabili superveniente, tenent S. Antoninus, Navar- rus, Silvester, Henriquez^g, etc., apud Sal- mant.¹² Et hanc sententiam expresse te- net D. Thomas^h, ubi sic docet: *Id liberare*

¹⁰ Part. 1, lib. 11, cap. 21, qu. 3. — Diana, part. 1, tr. 9, resol. 22. — Tract. 28, cap. 2, num. 108. — S. Anton., part. 2, tit. 10, cap. 6, § 5. — Navar., Man., cap. 18, n. 7. — Silvestr., v. *Votum II*, qu. 17; v. *Juramentum III*, qu. 1. vers. *Et nono;* et *Juramentum IV*, qu. 6. — Tract. 17, cap. 3, num. 21. — In 4, dist. 38, qu. 1, art. 3, solut. 1, ad 1.

velle privare carnibus, ut quia si hoc occurisset hoc deliberasset, non potest come- dere; si vero intendebat se non privare, potest ».

c) Fagundez, de 4 Praec. Eccl., lib. 1, cap. 6, n. 6, hanc quidem sententiam tenet, sed rejicit ejus fundamentum, quod scilicet, si cogitasset, non vovisset eo die jejunare. Ipse vero sententiam suam hac ratione confir- mat: quod, quando de voventis intentione non constat, jejunium et votum accipienda sunt juxta morem Ecclesiae.

d) Henriquez, lib. 11, cap. 14, id eo casu relinquit prudentis arbitrio.

Circum-
stantia non
praevisa,
juxta alios,
non tollit
votum.

a voti vel juramenti obligatione, quod, si a principio notum fuisset, ea fieri impediret. Ratio, quia tunc intentio se obligandi vel deficit vel sic interpretatur. — Et huic sententiae dicunt Salmant.¹ non posse denegari probabilitatem; immo ipsi met Salmant.² censem illam esse notabillem mutationem, quae si a principio fuisset cognita, quis non se obligasset.

Haec secunda sententia mihi videtur non minus probabilis, immo forte probabilius quam prima. Ratio generalis, quia, superveniente circumstantia non praevisa,

S. Doctor
ad haeret.
huic opinio-
ni.

qua votum onerosius redditur, materia voti fit diversa quam promissa. — Et sic respondeatur ad rationem oppositam: quia vovens teneretur ad plus quam promisit. — Respondetur autem ad definitionem Honori III ut supra, quod ibi Pontifex non explicat an circumstantia diei Nativitatis Domini fuerit vel non praevista. Quare textus explicari potest (sicut intelligit Azor³) de iis qui expresse voverint servare jejunium etiam in die Natalis: quo casu, certe tenentur ad votum, ut diximus supra, n. 224, v. *An vovens.*

DUBIUM VI.

De Voti Irritatione.

ARTICULUS I.

AN ET QUOMODO TOLLATUR OBLIGATIO VOTI PER DIRECTAM IRRITATIONEM.

227. *Quis possit vota irritare.* — 228. *An liceat irritare vota sine causa.* — 229. *Quae vota filiorum possint irritare pater, avus, tutor, etc.* — 230. *Quae possit irritare mater.* — 231. *An vota subditorum valeant donec irritentur.* — 232. *Quid, si quis per errorem aestimabatur pater, maritus, etc.* — 233. *Quis possit irritare vota religiosorum et monialium. An abbatissa.* — 234. *An viri possit irritare omnia vota uxoris.* — 235. *An uxor vota viri.* — 236. *Quid, si mutuo consensu voveant castitatem.* — 237. *An superior possit irritare vota facta ante subjectionem.* — *Quid, si dubium sit, an sint emissae ante vel post subjectionem.* — 238. *An autem vota facta tempore subjectionis possint post illud irritari.* — 239. *Quid, si superior ea ratificaverit.* — 240. *Quae vota servorum aut famularum possint a domino irritari.*

Irritatio-
ni directae
quando sit
locus.

227. — « Resp. Cum non beat violari « cujusquam dominium, ac quilibet domi- « nus possit uti sua libertate: hinc, si po- « testati dominativa alterius sit subjecta « alicuius voluntas, potest is subditi istius « omnia vota, qualiacumque sint, ad suum « libitum sine ulla causa valide irritare « directe; hoc est, potest velle et prouun- « tiare, ut illa vota nulla sint: ita ut nullo « etiam casu obligatio postea reviviscat « (etsi peccent, si absque causa irritent, ut « docent Lessius⁴, Navarrus^a, Suarez^b, Filliucci). — Porro, hoc jus provenit « ex jure positivo, quo datur alicui legi- « tima potestas dominativa in voluntatem « alterius. Ita communiter DD. Vide San- « chez^c. — [Sed provenit etiam ex jure « naturali; ut Salmant.^d, cum S. Thoma^e].
228. — Quaeritur: *an liceat irritare vota sine causa.* — Certum est, pro valore irri- tationis nullam causam requiri. Et com- mune est, quod non sit mortale; ut Salmant.^d, et Lessius^e, cui videtur id certum cum Paludano, Silvestro et Angelo.

^a Tr. 17, cap. 3, n. 22. — ^b Loc. cit., cap. 1, n. 152. — ^c Loc. cit., qu. 3. — ^d Lib. 2, cap. 40, n. 70. — ^e *Fili.*, tr. 26, cap. 8, n. 222. — ^f Decal., lib. 4, cap. 24, n. 30 et 31. — ^g Tr. 17, cap. 3, n. 27. — ^h 2^a 2^c, qu. 189, art. 5. — ⁱ Loc. cit., num. 29. — ^j Lib. 2, cap. 40, num. 69. — ^k *Palud.*, in 4, dist. 38, qu. 4, art. 2, concl. 2, num. 20. — ^l *Silvest.*, v. *Votum IV*, qu. 2, vers. *Sextum*. — *Angel.*, v. *Votum II*, num. 10.

227. — ^a Navarrus minus recte a Busen- baum citatur; nam *Man.*, cap. 12, n. 61, sententiam istam tenet casu, quo maritus v. gr. jam voto consenserit, et postea absque causa illud irritat; sed n. 73 scribit: « Superioris nihil peccant, dum legitime irritant subdito-
- rum vota, solum pro libera voluntate sua sine causa aliqua et malitia, antequam illa appro- batur, quoniam in hoc suo jure utuntur ».
- ^b Suarez, lib. 6, cap. 1, n. 10, pariter minus accurate a Busenb. allegatur; negat enim ullum peccatum committi *contra voti religio-*

Juxta a-
lios, est ve-
nialis.

Verius per
se nullum
peccatum.

Aliunde
vix excusa-
tur a venia-
lii.

Quaevis
causa ratio-
nabilis suf-
cit.

Quibus-
nam compe-
titir irritatio.

Irritatio
sine causa,
valida.

Irritatio
sine causa
non est mor-
talis.

Dubium est: *an sit veniale?*

Prima sententia affirmat cum Busen- baum, Lessio, etc.; quia dissonum est, superiore sine causa uti hac potestate. — Sed de se loquendo verius est nullum esse peccatum; quia vota subditorum sub hac conditione consensus superiorum emituntur: unde obedientia sufficit pro causa. Ita Salmant.¹ cum S. Antonino, Cajetano, Silvestro, Azor, Tamburinio², etc. — Dixi: *de se loquendo*; quia difficulter aliunde poterit excusari a veniali: vel quia facit actum otiosum, vel quia irrationaliter profectum alterius impedit; ut recte ait Lessius³.

Sufficit vero quaevi causa rationabilis, ad excusandum a veniali; ut Elbel⁴ ac alii. Et idem tenet Sporer⁵ cum Soto⁶, Valentia⁷, Medina⁸, etc. communius, non peccare graviter superiore, qui deridit permissive licentiam, et postea revo- caverit; immo probabile putat ne veniale quidem esse, nisi promiserit non revocare. — Valida est autem irritatio omnium votorum in genere, etiam futurorum, ac etiam renuente subdito. Salmant.⁹ cum Palao, etc.

« Unde resolves:

229. — « 1^o. Quivis pater, et in ejus de- « fectu, avus paternus, tutor; immo etiam « mater, non tantum si tutrix sit, sed etiam « in priorum defectu; et secundum quos- « dam, reliquis deficientibus, etiam ma-

¹ Less., cap. 40, num. 70. — ² Tr. 17, cap. 3, num. 81. — ³ S. Anton., part. 2, tit. 11, cap. 2, § 6, vers. *Item nota*. — ⁴ Caje- tan., v. *Votum dispensatio*, in princ. — ⁵ Silvest., v. *Votum IV*, qu. 1. — ⁶ Azor, part. 1, lib. 11, cap. 18, qu. 5. — ⁷ Lib. 2, cap. 40, n. 70. — ⁸ De Voto, n. 254. — ⁹ Tr. 8, cap. 8, n. 34. — ¹⁰ Loc. cit., n. 84 et 35. — ¹¹ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 4, n. 6. — ¹² Suar., lib. 6, cap. 6, n. 28. — ¹³ Loc. cit., n. 82. — ¹⁴ Decal., lib. 4, cap. 18, n. 5. — ¹⁵ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 32, n. 2. [Non tamen citatur ab Elbel, qui adducit Suar., lib. 4, de Voto, cap. 6, n. 1: et hic etiam idem tenet]. — ¹⁶ Diana, part. 4, tr. 3, resol. 37. — ¹⁷ Michel, Theol. canon. moral, tom. 2, part. 2, § 5, punct. 9, sect. 1, n. 30. — ¹⁸ De Voto, n. 251.

nem per hujusmodi irritationem; posse tam- men peccatum *contra caritatem* ibi reperiri, si nempe voti irritatio fiat in documentum subdit.

228. — ^a Tamburinius, *Decal.*, lib. 3, cap. 16, § 3, n. 14, utramque sententiam exponit; deinde sic ipse concludit: « Video tandem utrosque DD. quoad proxim esse concordes: fatentur enim et illi causam ad excusandum a quacumque culpa, eam unam sufficientem esse: quia scilicet gravatum se filius voto sentiat. Cum igitur tam modica causa sit satis, moraliter loquendo culpa semper evitabitur ».

^b Sotus, *de Just.*, lib. 7, qu. 3, art. 1,

« gister vel herus (ut Suarez, Lessius⁶), « contra Sanchez), potest directe irritare « vota liberorum impuberum: ut colligi- « tur ex can. *Mulher*, caus. 32, qu. 2; « can. 1 et 2, caus. 20, qu. 1, et cap. Si « quis, de regular.

« Impubertas autem secundum jura fi- « nitur in masculis, anno decimo quarto « completo; in feminis, duodecimo com- « pleto, a die nativitatis computando: ut « Sanchez⁷, Laymann⁸, Bonacina⁹ ».

Clarius singula explicanda.

1^o. Pater, sive avus paternus in ejus defectu, potest irritare quaecumque impuberum vota, sive personalia sive realia, adhuc castitatis et religionis: etiamsi filius sit doli capax, et etiamsi votum sit de peculio castrensi vel quasi; ut Salmant.¹⁰, ex S. Thoma¹¹, cum Cajetano et Sanchez, Suarez, Trullench, Laymann, Lessio, Palao, etc. — Et ratio est (ut ait Sanchez¹²), quia in tali aetate deficit perfecta delibera- ratio ad tantam obligationem. Quare ad ta- lem defectum natura prospexit, praebendo parentibus facultatem talia vota irritandi.

2^o. In dubio autem, an votum sit emis- sum ante vel post pubertatem, adhuc potest pater irritare; quia possidet sua potestas. Ita Sanchez, Diana, Michel cum Elbel¹³. — Qui recte idem ait dicendum in dubio, an filius post pubertatem votum ratificaverit.

Pater sive
avus pater-
nus irritat
omnia vota
filii impu-
beris.

Etiam in
dubio de pu-
bertate.

vers. *Majori autem ambigendi*, eum quidem peccare dicit; sed quali peccato, lethali an veniali, non explicat. — Valentia non bene adducit a Sporer: nulla enim facta men- tione de casu quo licentia vovendi concessa jam fuerit, in 2^a 2^c, disp. 6, qu. 6, punct. 6,

post. princ., dicit veniale peccatum admittere superiore, qui sine causa votum irritaverit. Inferius vero, qu. 3, ubi de licentia vovendi jam concessa loquitur, tractat de irritatione voti quoad validitatem. — Medina similiter, *Sun.*, lib. 1, cap. 14, § 7, minus recte ad- ductur, qui in genere dicit aliquando pecca- tum fore, si vota absque ratione irritentur.

Circa vota filii puberis.

3º. Filiorum autem puberum non possunt parentes irritare vota personalia, puta castitatis, frequentiae Sacramentorum, etc.: nisi praejudicent domesticae gubernationi, prout vota longae abstinentiae, peregrinationis, jejunii incompatibilis cum modo familie, etc. — Ita Salmant.¹ cum S. Thoma, Lessio, Palao, Silvestro^a, Tamburinio, etc.

4º. Bene autem possunt irritare (indirecte tamen, ut Busenbaum cum Laymann, art. seq., n. 242.) vota realia puberum in minori aetate; quia in ea carent ipsi administratione bonorum. Salmant.² cum S. Thomā^b, Sanchez, Trullench, etc. — Excipe, si votum sit de peculio castrensi vel quasi; vel si filius exierit a patria potestate. Salmant.³ Item, votum eundi Romanum pro absolutione excommunicationis, ex cap. ^c Relatum, de sent. excom.

5º. Facultatem autem, quam habet pater erga filios legitimos, eamdem habet erga illegitimos^d; ut Sanchez⁴ cum Palao et Tamburinio, et est commune apud Salmant.⁵

6º. Notandum hic, quod dictum est de patre, dici etiam de tutori respectu pupilli, et de curatore respectu minoris. Et si sint plures tutores vel curatores, qui libet eamdem potestatem habet. — Sal-

¹ Tr. 17, cap. 3, n. 46. - *S. Thom.*, 2^a 2^{ae}, qu. 88, art. 8, ad 2. - *Less.*, lib. 2, cap. 40, n. 85. - *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 7, n. 9. - *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 16, § 8, n. 12. - *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 13. - ^e Loc. cit., n. 47. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 35, n. 21. - *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 34, n. 6. - ^f Loc. cit., n. 48. - ^g Loc. cit., n. 82. - *Suar.*, lib. 6, cap. 6, n. 19 et seqq. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 35, n. 78. - *Tambur.*, loc. cit., n. 21. - *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 7, n. 5. - *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 16, § 8, n. 9. - ^h Tr. 17, cap. 3, n. 58. - ⁱ Loc. cit., n. 49. - *Suar.*, lib. 6, cap. 6, n. 22. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 35, n. 70. - *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 18. - ^j Loc. cit., n. 51. - ^k Loc. cit., n. 52. - *Prado*, loc. cit., n. 77.

^a Silvester, v. *Votum III*, qu. 6, ab hac regula excipit votum peregrinationis in terram sanctam, « quod potest filius familiis emittere ».

^b S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 88, art. 8, ad 1, rem clare significat: « Non potest omnino, inquit, servari ratio voti, cum quis in potestate alterius constitutus, vovet id quod est in potestate alterius, nisi sub conditione, si ille ad cuius potestatem pertinet non contradicat ».

^c Cap. *Relatum* 37, de sent. excom., de casu simili tantum loquitur, scilicet de servo excommunicato propter manuum injectionem in clericum, qui tenetur Romam adire, non obstante quod dominus alleget se nolle mandatio suo carere.

mant. ⁶ cum Suarez, Sanchez, Bonacina, Trullench.

230. — Quaestio est: *an mater possit irritare vota filiorum?* — Si mater sit designata tutrix aut curatrix, certe potest quod tutores et caeteri, ut supra, possunt.

Sed quid, si non sit ut talis designata, et filius careat patre vel avo paterno?

Sanchez, Suarez, Palau, etc., apud Salmant.⁷ putant, tunc filium esse sui juris^a. Sed oppositum dicunt esse probabile, scilicet, quod in eo casu incumbit matri esse curatricem: ut probabiliter tenent Salmant.⁸ cum Tamburinio, Prado, Leandro; quia rationabile est, ut mater vel avia minori provideat. Et ideo bene potest eorum vota, ut curatrix, irritare.

Sed magis dubitatur: *an mater, praesente patre vel tutore, possit filiorum vota irritare?* — Est duplex sententia probabilis.

Prima negat; et dicit quod, solum deficiente patre et tutore, potest mater irritare vota impuberum; et deficiente matre, idem potest avus et avia ex parte matris. — Ita Suarez, Sanchez, Tamburinius, Laymann^b, Palau, Trullench, Bonacina, etc., apud Salmant.⁹

Secunda, non minus probabilis, ut merito ajunt Salmant.¹⁰ (quam tenent Prado

Item mater, si sit tutrix.

Vel, etsi non sit tutrix, deficit patr. vel avus.

Praesente patre vel tutore, mater probabilitate nihil potest.

Probabiliter irritare quaedam.

^g 2, n. 25. - *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 35, n. 6. - *Sanch.*, loc. cit., n. 77. - *Suar.*, lib. 6, cap. 5, n. 14. - *Pal.*, loc. cit., punct. 7, n. 15. - ^h Tr. 17, cap. 3, n. 50. - ⁱ Loc. cit., n. 50. - *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 16, § 8, n. 23. - *Prado*, tom. 2, cap. 31, qu. 13, n. 79. - *Leand.*, tr. 1, disp. 16, qu. 121. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 35, n. 21. - *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 34, n. 6. - ^j Loc. cit., n. 48. - ^k Loc. cit., n. 82. - *Suar.*, lib. 6, cap. 6, n. 19 et seqq. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 35, n. 78. - *Tambur.*, loc. cit., n. 21. - *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 7, n. 5. - *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 16, § 8, n. 9. - ^l Tr. 17, cap. 3, n. 58. - ^m Loc. cit., n. 49. - *Suar.*, lib. 6, cap. 6, n. 22. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 35, n. 70. - *Bonac.*, disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 18. - ⁿ Loc. cit., n. 51. - ^o Loc. cit., n. 52. - *Prado*, loc. cit., n. 77.

^d Sed, juxta auctores, facultatem istam in vota filiorum illegitimarum habet pater casu dumtaxat, quo nullus adest tutor.

230. — ^a) Quando scilicet filius jam puberatem adeptus est, et agitur de votis realibus. — Palau tamen de quibuscumque puberis votis loquitur.

^b Laymann, lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 10, videtur ita sentire, eo quod matri concedit posse filiorum impuberum vota irritare « in defectum patris... et in defectum ascendentium in sexu virili... non tantum, si ea tutrix sit, sed etiam in defectum tam tutoris quam patris et avi. Tunc enim naturali jure ad ipsam haec cura spectat, quando aliis non est, qui imbecillitati impuberis consulat ».

et Philiarchus^c ac Roncaglia¹), asserit, matrem, etiam praesente patre vel tute, posse irritare vota omnia impuberum, etiam castitatis et religionis; et etiam vota personalia puberum, quae praejudicant gubernationi domus; non vero realia, quorum administratio pertinet ad patrem vel curatorem. — Ratio, quia talis potestas, licet non civiliter, naturaliter tamen etiam est in matre, cui filii tenentur obedire; etsi cum subordinatione ad patrem: ita ut possit pater irritare vota filiorum, contradicente matre; sed non sic mater, contradicente patre. Et probatur ex S. Thoma², qui parentibus indistincte praebet facultatem irritandi vota filiorum.

231. — Quaeritur ultra: *an vota filiorum et aliorum subditorum, velut religiosorum, uxorum, etc. ut infra, donec irritentur, sint valida in iis, quae superiorum mandatis aut jurisdictioni non praejudicant?*

Negat prima sententia; et proinde ea non indigere dicit relaxatione, si sine consensu superiorum sint emissae; quia tales subditi carent usu voluntatis, cujus dominium est penes superiores. — Ita Valentia, Angelus^a, March, Richardus^b, Rosella^c et alii; et probabilem vocant Leander^d, Torre et Peyrinus^e, apud Salmant.⁸ Et sibi favere ajunt S. Thomam^f, qui sic dicit: *Nullum votum religiosi est firmum, nisi sit de consensu praelati;* et idem dicit de voto uxoris, etc.

¹ Tr. 8, qu. 2, cap. 4, qu. 3, resp. 3. - ² Opusc. 17, cap. 13, vers. *Decimo.* - *Valent.*, in 2^a 2^{ae}, disp. 6, qu. 6, punct. 6, qu. 1, vers. *Ex quoniام.* - *March de Velasco.*, Resol. mor., tom. 2, v. *Voto*, resol. 449, n. 2. - *Torre (Luisius Turrianus)*, Sum. theol. mor., part. 1, cap. 154, dub. 2. - ³ Tr. 17, cap. 1, n. 182. - ⁴ 2^a 2^{ae}, qu. 88, art. 8, ad 3. - ⁵ Tr. 17, cap. 1, n. 183. - *Cajetan.*, in 2^a 2^{ae}, qu. 88, art. 8, resp. ad 3, vers. *Dub. 2.* et *Sum. v. Votis conditiones.* - *Navar.*, Man., cap. 12, n. 67. - *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 12, § 5, n. 8. - *Pai.*, tr. 15, disp. 1, punct. 19, n. 15. - *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 11, n. 7; et dub. 29,

^c Philiarchus, 2^a part., lib. 3, cap. 18, vers. *Quoad vota filiorum*, loquitur ut S. Thomas infra; scilicet concedit parentibus indistincte hanc facultatem.

231. — ^a) Angelus, v. *Votum II*, n. 3, pereram citatur a Salmant.; oppositam sententiam vocat probabilem; ex quo videtur, ut Salmant. colligunt, hanc probabilem reputare. — Peyrinus vero, *de Off. praelati*, qu. 3, cap. 3, n. 3, praesentem sententiam valde probabilem appellat, ut et ipsi Salmant. notant.

Secunda tamen sententia probabilior, quam omnino tenendam dicunt Salmant. cum Cajetano, Navarro, Tamburinio, Palao, Trullench, Filluccio, Azor, Sanchez, Suarez et aliis pluribus, affirmat valida esse talia vota, sive sint realia, sive personalia, nisi irritentur. Quia subditi revera non carent voluntate; sed eam subjecere debent voluntati superiorum, si contradicant. — Et sic intelligendus est S. Thomas, qui loco citato nihil aliud docet, quam tale votum non esse *firmum*; quia, ut dicit⁶: *In eorum voto intelligitur debita conditio, scilicet si suis superioribus placuerit, vel non renitatur.* Quare sufficient quod illi non renitantur, ut impleatur conditio voti, et votum sit *firmum*.

232. — Quaeritur denique hic: *utrum, si per errorem communem cum titulo, quis existimabatur praelatus, maritus, pater, etc., sit valida votorum irritatio ab eis facta;* sicut validi sunt actus jurisdictionis, ex l. *Barbarius* ff., *de off. prætor.*?

Negant Sanchez, Bonacina, Trullench, Palau et alii, apud Salmant.⁷; quia differt actus dominii ab actu jurisdictionis. — Probabile tamen contrarium censem Salmant.⁸ cum Prado; quia in his eadem ratio currit.

233. — ^{2º} Vota religiosorum », [Quae cumque, etiam interna; ut Salmant.⁹ cum Soto, Sanchez, Laymann, et Roncaglia¹⁰: quia religiosus transtulit in praelatum to-

Probabilis valida, nisi irritetur.

Potestas superioris ex errore communi.

Praelati regulares irritant vota subditorum.

Suspendunt
vota novi-
tiorum.

tum suum velle et nolle] « non tamen novitiorum », [Licit vota personalia novitiorum suspendantur: vide Salmant.¹] « etiam sub praedecessoribus emissa, irritare possunt directe, praeter Papam », [Papa omnia quidem potest directe irritare vota religiosorum; et episcopus, monialium subjectarum: Salmant.²] « Abbates, « Guardiani, Priors et Rectores »; [Et etiam praelati secundarii, absentibus primariis³: Salmant.⁴] « ac probabiliter etiam « abbatissae »: [Cum Salmant.⁴] « ut habet « Suarez⁵, Reginaldus⁶, Filiuccius, Bonacina⁷.

« Excipitur tamen votum transeundi « ad religionem strictiorem. Vide Bins- « feld⁸, Lessium⁹, Sanchez¹⁰, Bonaci- « na¹¹. — [Hoc votum, nec Papa potest « irritare. Salmant.¹²].

234. — « 3^o. Idem potest, secundum San- « maritus, respectu votorum uxoris. « — Licit probabiliter id alii limitent ad « ea vota quae mariti juri praejudicant. « Laymann¹⁴, Filiuccius¹⁵, Lessius¹⁶.

Sed probabilior, saltem extrinsece, vi- detur contraria sententia, quod vir pos- sit directe omnia vota uxoris irritare; licet non praejudicent usui matrimonii, vel prolis educationi, vel gubernationi domes- ticae (ut tantum concedunt DD. contra- riae sententiae, apud Salmant.¹⁷). — Et maxime probatur ex Num. xxx. 7, 9, ubi dicitur: *Si maritum habuerit, et voverit aliquid...; sin autem audiens [vir] statim*

¹ Tr. 17, cap. 3, n. 42. — ² Loc. cit., n. 38. — ³ Loc. cit., n. 40. — ⁴ Loc. cit., n. 41. — ⁵ Lib. 6, cap. 7, n. 19. — ⁶ Lib. 18, n. 324. — ⁷ Full., tr. 26, cap. 8, n. 243. — ⁸ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, num. 26. — ⁹ Enchir. theol. pastor., part. 3, de 10 praecipienti, cap. 9, i. f. — ¹⁰ Lib. 2, cap. 40, n. 75. — ¹¹ Decal., lib. 4, cap. 33, n. 2. — ¹² Loc. cit., n. 26. — ¹³ Tr. 17, cap. 3, n. 38. — ¹⁴ De Matrim., lib. 9, disp. 39, n. 4. — ¹⁵ Lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 12. — ¹⁶ Tr. 26, cap. 8, num. 235 et seq. — ¹⁷ Lib. 2, cap. 40, num. 89. — ¹⁸ Tr. 17, cap. 3, n. 57. — ¹⁹ 2^a 2^a, qu. 88, art. 8, ad 3. — ²⁰ De Matrim., loc. cit., n. 4. — ²¹ Sotus, de Just., lib. 7, qu. 3, art. 1, vers. At vero sicuti. — Sà, v. Voti irritatio, num. 1. — ²² Tr. 17,

contradixerit, et irritas fecerit pollicitationes ejus..., propitiis erit ei Dominus. Quod non de solo voto abstinentiae, sed de omni voto interpretantur Septuaginta interpres. Et S. Ambrosius, apud Salmant.², sic dicit: *Evidentissime... appetet, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinentiae vel religiosae conversationis, liceat sibi sine ejus licentia Deo offere.*

Pariter, S. Thomas¹⁸ docet, votum uxoris ita nullum esse sine consensu viri, sicut votum religiosi sine consensu prae- lati: *Nullum votum religiosi (verba S. Thomae) est firmum, nisi sit de consensu prae- lati: sicut nec votum puellae existentis in domo, nisi sit de consensu patris; nec uxoris, nisi sit de consensu viri.* — Et ratio est: quia expedit valde ad pacem familiae, ad mutuum amorem fovendum, quod uxor voluntatem totaliter a viro dependentem habeat, et sic impetus feminarum retundantur. Ita Sanchez¹⁹ cum Soto, Sà; et Salmant.²⁰ cum Sanchez, Prado, Tamburinio, Diana, Rodriguez, Fagundez, Villalobos, Ledesma^b, Leandro, Aragon, etc.: contra Sporer²¹ cum Navarro, Silvestro, Azor, etc. — Sed etiam isti contrarium sententiam probabilissimam vocant, apud Salmant.²².

Hinc vir potest irritare etiam vota castitatis et religionis uxoris, exsequenda post mortem viri. — Salmant.²³ cum Soto, Aragon^c, Leandro, Fagundez, etc.; item

Etiam ex-
sequa et
mortuo ma-
rito.

cap. 3, num. 58. — ¹⁸ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 34, n. 3. — ¹⁹ Prado, tom. 2, capit. 31, qu. 18, num. 93. — ²⁰ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 3, n. 48. — Diana, part. 3, tr. 4, resol. 220; et part. 4, tr. 4, resol. 110. — Rodriguez., Sum., part. 3, cap. 92, n. 9. — ^b Fagund., Decal., lib. 2, cap. 38, n. 2 et 3. — ^c Villal., part. 2, tr. 34, diff. 21, n. 1. — ^d Leand., tr. 1, disp. 16, qu. 127. — Aragon, in 2^a 2^a, qu. 88, art. 8, vers. Dico 2^a. — ^e Tr. 3, cap. 3, n. 27. — ^f Navar., Man., cap. 12, n. 64. — ^g Silvest., v. Votum V, n. 2. — Azor, part. 1, lib. 11, cap. 17, qu. 10; et cap. 18, qu. 12. — ^h Tr. 17, cap. 3, n. 58. — ⁱ Loc. cit., n. 59. — ^j Sotus, loc. cit., art. 1, vers. Molestior autem. — ^k Leand., loc. cit., qu. 136. — ^l Fagund., loc. cit., n. 8.

Etiam non
praejudi-
cantia.

233. — ^a) Quando scilicet praelati primarii a domo absunt « per aliquod tempus, puta per unam diem naturalem 24 horarum », ut nontant Salmanticenses.

234. — ^a) Textus iste male a Salmant., loc. cit., n. 58, Ambrosio tribuitur: sunt enim verba quae Gratianus addidit canonii *Nec illud, caus. 33, qu. 5*; dum solus canon sumitur ex lib. S. Ambrosii *de Paradiso*, cap. 10.

^b) Petr. Ledesma, *de Matrim.*, qu. 64, art. 4, diff. 2, concl. 1, excipit votum de non petendo debito, quod negat posse a marito irritari.

^c) Aragon perperam a Salmant. adducitur; ipse enim, loc. cit., art. 8, v. Dico 4, de voto post solutum matrimonium adimplendo oppositum tenet, negans ut « verius et probabilius », maritum posse ejusmodi votum irritare.

¹ De Matrim., lib. 9, disp. 89, n. 16 et 19. — ² Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 129, cas. 20, 98 et 94. — ³ Navar., Man., cap. 12, n. 66. — ⁴ Cajetan., in 2^a 2^a, qu. 88, art. 8, ante resp. ad 8. — ⁵ Salmant., tr. 17, cap. 3, n. 56 et 55. — ⁶ Tr. 3, cap. 8, n. 29. — ⁷ Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 16. — ⁸ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 33, n. 7. — ⁹ Henrig., lib. 11, cap. 15, n. 8. — ¹⁰ Fagund., Decal., lib. 2, cap. 38, n. 29. — ¹¹ Tr. 17, cap. 3, n. 56. — ¹² Loc. cit., n. 55 et 56 i. f. — ¹³ Loc. cit., n. 59. — ¹⁴ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 34, n. 15 et 16. — ¹⁵ Suar., de Relig., tr. 7, lib. 9, cap. 9, num. 6. — ¹⁶ V. Voti irritatio, num. 4. — ¹⁷ Tr. 17, cap. 3, num. 70. — ¹⁸ Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 3, art. 1, dub. postrem, vers. Aliud post haec. — ¹⁹ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 29, num. 14, et dub. 32, num. 6.

Sanchez¹ cum Palacio^a, Ledesma^a et Vega: contra Navarrum, Cajetanum, etc.

235. — E converso notandum 1^o. Quod uxor nequit irritare vota viri: nisi sibi praejudicent, ut votum longae peregrinationis, magnae abstinentiae, vestiendi habitum eremitae, et similia. Salmant., cum Busenbaum (*Art. seq.*, n. 242, ad 2). — Et etiam votum non petendi debitum: ut probabiliter tenent Sporer² cum Laymann, Trullen, Henriquez, Fagundez, etc. (*contra Lessium^a, Sanchez^a, Basilium^b, etc.*), apud Salmant.³. Quia valde gravosum esset pudori uxoris, cogi semper ad petendum.

Talia vota docent DD. communiter esse irritanda. At potius videntur esse invalida, utpote de materia inepta; sicut sentiunt Salmant.⁴.

Conjuges mutuo con- sensu vo- ventes, ne- queunt irri- tare.

236. — Notandum 2^o. Quod si conjuges mutuo consensu vovent castitatem aut religionem, nequeunt vota invicem irritare; quia virtualiter uterque cedit juri

¹ De Matrim., lib. 9, disp. 89, n. 16 et 19. — ² Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 129, cas. 20, 98 et 94. — ³ Navar., Man., cap. 12, n. 66. — ⁴ Cajetan., in 2^a 2^a, qu. 88, art. 8, ante resp. ad 8. — ⁵ Salmant., tr. 17, cap. 3, n. 56 et 55. — ⁶ Tr. 3, cap. 8, n. 29. — ⁷ Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 16. — ⁸ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 33, n. 7. — ⁹ Henrig., lib. 11, cap. 15, n. 8. — ¹⁰ Fagund., Decal., lib. 2, cap. 38, n. 29. — ¹¹ Tr. 17, cap. 3, n. 56. — ¹² Loc. cit., n. 55 et 56 i. f. — ¹³ Loc. cit., n. 59. — ¹⁴ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 34, n. 15 et 16. — ¹⁵ Suar., de Relig., tr. 7, lib. 9, cap. 9, num. 6. — ¹⁶ V. Voti irritatio, num. 4. — ¹⁷ Tr. 17, cap. 3, num. 70. — ¹⁸ Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 3, art. 1, dub. postrem, vers. Aliud post haec. — ¹⁹ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 29, num. 14, et dub. 32, num. 6.

^a) Mich. de Palacios, *in 4, dist. 32, disp. 2*, vers. *Quod si votum*; Barthol. de Ledesma, *de Matrim. sacr.*, diff. 71, v. f., non citantur pro hac sententia a Sanchez, neque eam tenuerunt.

235. — ^a) Lessius, *lib. 2, cap. 40*, n. 99, negat ut verius (Sanchez, ut probabilius, *De- cal.*, lib. 4, cap. 34, n. 27), uxorem posse votum mariti de non petendo debitum irritare; fatetur tamen Lessius sententiam oppositam, quam S. Alphonsus tenet, satis probabilem esse; eamdemque Sanchez valde probabilem existimat. Quin etiam Sanchez, non obstante sua sententia, affirmat virum eo voto emissio, teneri « se aliquoties offerre ad usum conjugalem ».

^b) Basilius Pontius, *de Matrim.*, lib. 10, cap. 17, n. 19, utramque sententiam exponit, deinde ipse sic concludit: « Neque est magnum discrimen inter DD. utriusque opinio- nis. Et mihi placet non posse virum emittere tale votum cum damno uxoris..., quia tenetur reddere, et necessarium est ut nihil faciat maritus, propter quod uxor pudica trahatur a petendo debito. Et ideo merito D. Thomas.. docuit posse virum obligari ad petendum aliquoties, quia hoc potius esset reddere uxori petenti, si non expresse, saltem implicite ».

Si postea coeant, qua- cent pec- ferre.

suo. Est commune. Ita Salmant.⁵ cum Sanchez, Suarez, etc.; et Busenbaum (*Art. seq.*, n. 242, ad 7), qui bene addit secus esse, si uterque independenter ab altero vovisset. Sed vide dicenda n. 239, v. *Quid autem*. — Conuges isti, si post tale votum mutuo consensu emissum, revocent pactum, et coeant; licet non peccent contra castitatem, peccant tamen contra votum: nisi a gravissima causa excusentur. — Salmant.⁶ cum Suarez^a, Palaio^a, Bonacina^a, Sanchez^a, etc.

« 4^o. Qui semel votum irritavit, si po- stea nolit, non ideo revalidatur: ut vide « Sà⁶. — [Sic Salmant.⁷ cum Soto, San- chez^b, Trullen, contra aliquos].

237. — « 5^o. Nullus supradictorum pos- test directe irritare vota emissum ante subjectionem, v. gr. ante matrimonium. « Facta vero intra tempus subjectionis, « de re implenda post tempus subjectionis « nisi, v. gr. in pubertate, vel post obi- tum mariti, possunt irritare. — Bona-

Vota e-
missa ante
subjec-
tionem non ir-
ritantur di-
recte.

^a) Salmant., *loc. cit.*, n. 59, dicunt utrumque conjugem posse licite petere et reddere, quia valide potuit mutuo consensu dissolvi contractus. Et pro hac parte auctores allegant; deinde ipsi Salmant. subdunt: « Sed talis contractus dissoluto erit peccatum grave contra votum factum, et solum potest esse licita ob gravissimam causam occurrentem ». Quibus omnibus consentit Palaio, *tr. 15, disp. 2, punct. 6*, n. 6. — Suarez vero, *loc. cit.*, cap. 9, n. 7, dicit eos contra votum peccasse in illa pacti revocatione. Et n. 8, dicit eos teneri pactum renovare et mutuo sibi remittere obligationem reddendi debitum; quodsi vero alter eorum, poenitentia ductus, revocationem retractare velit, alter vero nolit, ille qui poenitens est, poterit non quidem peccato contra votum. — Bonacina, *disp. 4, qu. 2, punct. 7*, § 2, n. 16, dicit posse hoc votum a marito irritari valide (etsi illicite), si uxor det iterum marito facultatem in suum corpus. — Sanchez, *loc. cit.*, num. 17, idem tenet.

^b) Sanchez, *Decal.*, lib. 4, cap. 26, n. 4, ita quidem docet de iis votis quae directe et proprie irritantur; non vero de iis quae sus- penduntur tantum.

« cina »¹. [Cum Salmant.², Valentia³], Diana, Tamburinio, etc.; ac Sanchez⁴ cum Soto, etc. — Vide dicta n. 234].

Non potest vir directe irritare vota ab uxore emissis ante matrimonium; sed bene potest illorum suspendere executionem, quatenus praejudicant suae potestati. Salmant.⁴ cum Sanchez, Valentia³, Palao, Suarez, etc. — Vota autem religiosorum, certum est quod per professionem extinguuntur, ut habetur ex cap. *Scripturae, de voto et voti redempt.* Vide Elbel⁵ et Salmant.⁶

« 6°. Votum de quo dubium est, utrum emiseris tempore libertatis an subjectio- nis, non posse irritare superiorem, do- cet Salas⁷ et Caramuel⁸. — Sed con- trarium tenet Suarez⁹, Sanchez, Bo- nacina, etc. cum Bardi⁹ ».

Quæritur igitur: *utrum vir vel prae- latus possit directe irritare uxoris aut religiosi vota, de quibus dubitatur, an sint emissis ante vel post subjectionem?*

Affirmat Sanchez¹⁰, ex Suarez⁹ (cum aliis apud Busenbaum, ut supra). — Ratio, quia, ut ait, possessio praesentis vol- luntatis subditi est certa: cum certum sit illum esse uxorem, vel illum religiosum. At exceptio quoad illa vota est dubia; quare, usquidem probetur exceptio, scilicet, quod vota sint emissis ante subjec- tionem, praevalet certa possessio super- ioriorum. Sicut a pari conjux dubitans de-

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 18. — ² Tr. 17, cap. 3, n. 74. — ³ Diana, part. 4, tr. 4, resol. 110. — ⁴ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 3, n. 49. — ⁵ De Matrim., lib. 9, disp. 39, n. 16. — ⁶ Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 3, art. 1, vers. Molestior autem. — ⁷ Tr. 17, cap. 3, num. 75. — ⁸ Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 31, n. 9. — ⁹ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 3, § 5, n. 3. — ¹⁰ Suarez, tr. 6, lib. 6, cap. 4, n. 16 et 17. — ¹¹ De

valore matrimonii, tenetur reddere alteri petenti, ob certam suam possessionem, ut habetur ex cap. *Dominus, de secund. nupt.* — Ita Sanchez.

Sed pace tanti doctoris, oppositum sentio. Non dubito (ut diximus n. 229), quod pater possit irritare vota filii, quando dubium est an filius pertigerit vel non ad pubertatem; quia eo casu possessio stat pro potestate patris, ut diximus dicto n. 229, ad 2. — Secus vero e converso dico tenendum hic: cum vota sint certa, et possessio viri vel praelati sit dubia; eo quod dubitatur an vota sint vel ne emissis tempore, quo jam incepit subjec- tionis. — Differt autem paritas conjugis petentis debitum. Nam ibi, ille habet certam possessionem super totum corpus conjugis dubitantis; et ex possessione jus certum habet illo utendi. Alter tamen est in nostro casu, in quo vir vel prae- latus non habet possessionem totalem super voluntatem uxoris aut religiosi. Ha- bet quidem possessionem super voluntatem praesentem subditi; sed non habet super praeteritam.

Et ideo predicti non possunt directe irritare vota, de quibus dubitatur, an sint de materia ipsis subjecta. — Possunt tamen indirecte, juxta dicenda Art. seq., n. 241.

238. — « 7°. Vota facta tempore subje- ctionis, possunt adhuc irritari post il-

Voto, n. 253. — ⁶ Tr. 17, cap. 3, n. 75. — ⁷ In 2^{am} 2^{ae}, tr. 8, sect. 25, n. 261. — ⁸ Theol. fundamental., tom. 3, lib. 3, num. 1377. — ⁹ Sanchez, de Matrim., lib. 2, disp. 41, num. 39; cfr. etiam Decal., lib. 4, cap. 32, num. 2. — ¹⁰ Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, num. 21. — ¹¹ Discept. mor. 6, cap. 1, § 28, num. 7. — ¹² Decal., lib. 4, cap. 32, num. 7. — ¹³ Sanchez, loc. cit., n. 7.

Allii affir- mant posse- irriter di- recte.

In dubio de tempore emissionis.

S. Doctor negat.

Quid si in pubertate rata habeantur.

« lud; v. gr. quando filius jam est pubes. — Quod verum est, etsi in pubertate ea ratificasset, putans ex errore esse firma. Secus tamen, si infirma esse no- visset, et independenter a prioribus ra- tificasset. — Vide Lessium »¹. [Et El- bel² cum Sporer, Tamburinio, etc.]

Et haec est probabilior, scilicet, quod vota facta tempore subjectionis, etiam post illud irritari possint a patre; ut te- nent contra alios, Salmant.³ cum Sanchez, Suarez, Trullench, Cajetano, Bonacina, Palao, etc. — Modo filius non con- firmet votum in pubertate; et, ut proba- bilitate addit Busenbaum cum Lessio, modo sciat tunc vota fuisse infirma.

Vota tam realia puberum nequit pater irritare, postquam ipsi emancipiati sunt. Salmant.⁴ — Nec praelatus, vota religiosi, si iste non sit amplius illi subje- catus. Nec vir, vota uxoris, facto divortio formalis. Vide Salmant.⁵

239. — « 8°. Supradicti possunt revo- care, ac directe irritare vota, etsi semel ea ratificaverint; quia non privarunt se dominio et potestate sua. Vide Suarez⁶. — Quod si tamen id sine causa fiat, erit, secundum quosdam peccatum mor- tale: licet probabilius id negent Su- rez⁷ et Laymann⁸ ».

¹ Lib. 2, cap. 40, dub. 14, n. 83. — ² De Voto, n. 252. — ³ Sporer, tr. 3, cap. 8, num. 22. — ⁴ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 3, n. 58 et 59. — ⁵ Tr. 17, cap. 3, n. 73. — ⁶ Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 30, n. 9. — ⁷ Suarez, lib. 6, cap. 6, n. 8. — ⁸ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 34, n. 3. — ⁹ Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 189, art. 5. — ¹⁰ Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 19. — ¹¹ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 3, § 3, num. 5. — ¹² Less., loc. cit., n. 88. — ¹³ Loc. cit., n. 73. — ¹⁴ Loc. cit., n. 72. — ¹⁵ Lib. 6, cap. 6, n. 16; cfr. cap. 8, n. 4 et seqq. — ¹⁶ Loc. cit., cap. 4, n. 22. — ¹⁷ Loc. cit., n. 66. — ¹⁸ Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88.

esse completum, ut cesset haec potestas patris; nam in casu dubio potest votum irritare; tum quia pater possidet jus suum, quo non privatur in casu dubio..., tum propter alia supra dicta de voto dubio».

239. — ^{a)} Laymann, lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 18, i. f., dicit « non improbabilius » negari esse mortale.

^{b)} Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 27, n. 9 et seqq., id utique concedit, nisi votum jam sit executioni mandatum; eodemque sensu loquuntur Trullench, lib. 2, cap. 2, dub. 30, n. 2; et Prado, cap. 31, qu. 13, num. 47 et 49.

^{c)} Elbel, de Voto, n. 259, ab hac facultate excipit casum, quo pater filio dederit licen-

Quod valide possint superiores irritare vota subditorum, tametsi illa ratificave- rent, videtur certum; quia ipsi, etiam si velint, nequeunt sibi adimere potestatem dominativam, quam in subditos habent. Ita communiter Sanchez¹, Elbel²; et Salmant.³ cum Cajetano, Suarez, Palao, Sayro, Trullench⁴, Prado⁵, etc. — Et hoc valet non tantum pro patre respectu filii, et praelato respectu religiosi; sed etiam pro viro respectu uxoris; ut valde probabiliter tenent Sanchez⁶ cum Soto, Ledesma⁷, Aragon et Vega; item Tam- burinius⁸ et Salmant.⁹ cum aliis citatis (contra Elbel¹⁰ et Sporer¹¹, etc.). Ratio, quia vir habet veram potestatem directam irritandi vota uxoris, etiam castitatis et religionis; ut dictum est n. 234, v. *Hinc vir.*

Certum contra est, quod omnes prae- fati superiores, si sine justa causa irri- tant vota subditorum, postquam positive illa approbaverint, peccant tam ipsi, quam subditi relaxationem petentes. — Dixi: si positivae approbaverint; nam secus esset, si tantum permiserint subditos vovere vel exequi rem voto promissam; ut Sal- mant.¹² cum Sanchez et Palao.

Sed dubitatur: *an irritando peccarent graviter, vel leviter?* — Adest duplex sententia probabilis.

Si prius po- sitive pro- baverint, peccant.

Secus, si tantum per- miserint.

tantummodo, ut ipse Sanchez fatetur, doctrinam propugnat, scribens: « Sunt autem ali- quae conditiones, cum quibus factum votum est irritabile, et pendent ex jure humano: ut quod votum sit factum ante decimum quartum aetatis annum. Et in his probabiliter censeo in casu dubio judicandum esse votum infirmum seu irritabile ». Ita quidem Suarez, loc. cit., at praeterea, lib. 6, cap. 6, n. 4, dicit patriam potestatem vota filiorum irri- tandi, protrahi usque ad pubertatem; scilicet (ex lege ecclesiastica) usque ad 14 annum completum in masculis, et 12, pariter comple- tum in feminis; quibus sic dictis, subjicit: « Necessarium esse, ut certo constet annum

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 18. — ² Tr. 17, cap. 3, n. 74. — ³ Diana, part. 4, tr. 4, resol. 110. — ⁴ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 3, n. 49. — ⁵ De Matrim., lib. 9, disp. 39, n. 16. — ⁶ Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 3, art. 1, vers. Molestior autem. — ⁷ Tr. 17, cap. 3, num. 75. — ⁸ Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 31, n. 9. — ⁹ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 3, § 5, n. 3. — ¹⁰ Elbel, de Voto, n. 259, ab hac facultate excipit casum, quo pater filio dederit licen-

¹¹ Suarez, lib. 4, cap. 6, n. 1, generalem

Peccatum
probabiliter
est grave.

Forte pro-
babilius, le-
ve tantum.

Quidam
excipiunt
virum re-
spectu uxo-
ris.

Prima asserit, graviter: ex Num. xxx, 16, ubi de viro consentiente ad uxoris votum, et postea irritante, dicitur ^{f)}: *Portabit ipse iniquitatem ejus.* Ratio, quia, posito suo consensu, tenetur votum non impetrare. Ita Salmant.¹ cum Cajetano, Sanchez, Laymann, Ledesma, etc. — *Secunda* tamen sententia, forte probabilior, asserit peccare leviter, secluso scandalo aut contemptu: quia superior utitur jure suo; et irritando votum, non est causa violationis illius, cum subditus nec ipse tunc violat votum. Ita cum Busenbaum hic, tenet Suarez², Bonacina³, Sotus⁴, Tamburinius⁴; et Trullenbach, Pellizzarius, Diana, Peyrinus, apud Salmant.⁵ Eamdemque tenet Sporer⁶ cum Valentia⁷, Medina⁸ et communiori.

Verumtamen idem Sporerⁱ⁾ et Lessius^{j)}, ac Elbel^{j)} cum Laymann^{j)}, ab his excipiunt virum, qui suo positivo consensu votum uxoris approbasset, maxime si esset votum castitatis; quia tunc (ut dicunt) ipse jam cessit juri suo. Unde nec valide irritare posset; et si irritaret, graviter peccaret. — Sed hi auctores loquuntur juxta sententiam quam ipsi tenent, scilicet, quod vir tantum ex potestate indirecta possit vota uxoris irritare. Ajunt enim, in hoc differre praelatum respectu religiosi, a marito respectu uxoris: quia praelatus, cum habeat potestatem directam irritandi, non potest juri

¹ Tr. 17, cap. 8, n. 68. - *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 8, vers. *Ad cuius evidentiam*. - *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 27, n. 32. - *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 18, vers. *Dico II.* - *Petr. Ledesm.*, Sum., part. 2, tr. 7, dub. 5, vers. *Dico 2.* — ^a Lib. 6, cap. 4, n. 22. — ^b Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 29. — ^c Decal., lib. 8, cap. 16, § 3, n. 36 et seqq. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 30, n. 6. - *Pelliz.*, tr. 3, cap. 4,

suo renuntiare; potest tamen maritus, ad quem spectat potestas tantum indirecta. — Sed nos, juxta predictam sententiam relatam dicto n. 234, v. *Pariter*, dicimus cum S. Thoma, eamdem potestatem dominativam, quam habet praelatus in reliquo, habere virum in uxorem. Unde, sicut non potest praelatus illam sibi adimere; ita nec vir, respectu uxoris.

Hinc satis probabiliter videtur opinari secundum supra dicta Tamburinius⁸, quod vir sine causa irritans votum castitatis uxoris, etiam postquam positive approbaverit, non peccet plus quam venialiter.

Quid autem, *si conjuges mutuo consensu voverint castitatem?* — Certe vir eo casu remanet obstrictus suo voto, quod ab uxore non potest quidem irritari.

Sic etiam ait Sanchez⁹, nec virum posse votum uxoris irritare; et eum sequuntur Salmant.¹⁰ et alii communiter. — At ego non invenio rationem certam, quod damnare possim Palacium¹¹ et alios apud Sanchez¹¹, qui contradicunt. Nam, si vir (prout concedit ipse Sanchez, ut vidimus) potest valide irritare votum uxoris, ipso approbante, emissum; cur non poterit, arguit Palacius, si mutuo consensu ipse etiam castitatem voverit? — Attamen, cum haec opinio sit contra communem, et Tamburinius in hac difficultate involutus, dubium indecisum reliquerit; ita et ego sapientibus decernendum remitto.

n. 66. - *Diana*, part. 4, tr. 4, resol. 110, v. f. - *Peyrin.*, de Off. paelati, qu. 8, cap. 8, n. 6. — ^a Tr. 17, cap. 8, n. 67. — ^b Tr. 3, cap. 8, n. 84. — ^c Cap. 40, n. 95. — *S. Thom.*, 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 8, ad 3. — ^d Decal., lib. 8, cap. 16, § 3, n. 58. — ^e De Matria., lib. 9, disp. 40, n. 20. — ^f Tr. 17, cap. 8, n. 59. — ^g Loc. cit., n. 19. — *Sanch.*, loc. cit., n. 17. — *Tambur.*, loc. cit., § 3, n. 56.

^{f)} Sacra Scriptura, *Num. xxx, 16*, ita loquitur: « Sin autem contradixerit, postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem ejus ».

^{g)} Sotus, *de Just. et Jure*, lib. 7, qu. 3, art. 1, vers. *Majori autem ambigendi*, peccare quidem dicit; non tamen explicat quoniam peccato, lethali scilicet an veniali tantum.

^{h)} Valentia, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 6, punct. 6, post princ., male citatur a Sporer; sicut et Bartholomeus Medina, *Sum.*, lib. 1, cap. 14, § 7, post princ.; cfr. de hoc notam b ad n. 228 supra.

ⁱ⁾ Sporer, *loc. cit.*, n. 32, hanc exceptionem non admittit, vide notam e hic superius.

^{j)} Elbel, n. 258 et 259, negat simpliciter

posse maritum ejusmodi votum irritare; at videtur loqui de validitate irritationis. — Laymann, lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 18, v. *Dico II.*, pariter de validitate et de solo continentiae voto loquitur.

^{k)} Palacios, in 4, dist. 32, disp. 2, non satis accurate citatur a Sanchez; distinguunt enim votum continentiae perfectum a voto non petendi debitum. Et quidem de primo, § *Quod si votum*, haec scribit: « Quod si ambo vovissent continentiam, perfectum jam viget votum, ideo papale postulat dispensationem, nisi necessitas... aliud suaderet ». De secundo autem, § *Haec commemorasse*, (a Sanchez allegato) loquitur, et dicit: « Si de consensu

Auctor
rejicit exce-
ptionem.

Si conju-
ges mutuo
consensu
voveant,
uxor nequit
irritare.

De viro
dubium est.

Praelatus
irritat vo-
tum a pre-
decessore
approba-
tum.

Dominus
irritat que-
dam vota
municipio-
rum.

« 9°. Praelatus potest irritare votum subditi, a praedecessore aequali vel in feriore confirmatum, non tamen a superiore. Vide de his Bonacina¹, Laymann². — [Et hoc, valide et licite; Salmant. cum Sanchez, Palao, Suarez, Tamburini, etc.]

240. - Si loquamur de mancipiis, dominus potest irritare quaecumque eorum vota realia, nisi illi aliquid de proprio ha-

beant; et personalia, quae domino praejudicant, prout religionis, longae peregrinationis, etc.; non vero castitatis, vel moderatae orationis, aut jejunii, etc. — Ita Salmant.³ cum aliis.

Vota autem famulorum nequeunt ab heris irritari; sed tantum suspensi possunt pro tempore famulatus, quatenus debitis obsequiis praejudicant. — Salmant.⁴ cum Sanchez, Suarez, Bonacina.

Suspendit
solum vota
famulorum.

ARTICULUS II.

QUIS VOTA INDIRECTE POSSIT IRRITARE.

Irritationi
indirectae,
quando sit
locus.

241. - « Resp. Si alicui, non quidem voluntas voventis, sed voti materia sit subjecta, ita ut in hanc jus habeat; is tale votum potest irritare, irritatione indirecta: hoc est, ejus obligationem suspendere, in quantum suo juri praejudicatur. Idque, ex lege naturae docente, quod nemo possit alteri promittere aliquid in praejudicium tertii. — S. Thomas⁵, Suarez⁶, Lessius⁷, etc.

« Unde resolves:

Quinam
possint in-
directe irri-
tare.

242. - « 1°. Sic irritare possunt, praeter supra nominatos, mater respectu filiorum puberum, quamdiu manent in domo paterna, nec sunt emancipati; item tutor puberis, usque ad annum vigesimum quintum: in iis quae eorum potestati officiant. — Laymann⁸. [Vide Art. 1 antec., n. 229, ad 3].

« 2°. Idem potest uxor, respectu matriti; v. gr. si is voverit longiorem peregrinationem, habitare alibi, cubare seorsim: quae derogant vitae sociali, et usui dominii, quod habet in corpus matriti. — Lessius⁹, Filiuccius¹⁰. [Vide supra Art. 1, n. 235].

« 3°. Item, dominus et domina respectu ctu famulorum; ut, si ii voverint jeju-

niu, quo fierent inepti ad obsequia domini: quale votum non est castitatis vel brevis orationis. — Lessius⁹.

« 4°. Item, non tantum Pontifex respectu omnium fidelium; sed etiam epis copi et principes respectu subditorum, quando materia illis praejudicat. Denique superiores, respectu novitiorum, in iis quae impedunt novitiatu exercitia. — Lessius¹⁰.

« 5°. Non possunt irritari indirecte vota de re alias praecepta, v. gr. non furandi; quia nemini praejudicant. — Item, neque vota implenda tunc, quando materia voti non erit amplius subjecta: v. gr. vota servi, implenda cum erit liber; et con jugis, cum alter erit mortuus». [Sed probabilius hoc negatur de viro quoad vota uxoris; ut supra Art. 1 antec., n. 234, v. Hinc vir.].

« 6°. Potest quis etiam indirecte irritare vota longe ante facta, quam sibi materia subjiceretur; v. gr. facta a coniuge, longe ante matrimonium». [Salmant.¹¹, ut supra, n. 237].

« 7°. Potest quis etiam vota a se vel antecessore concessa et confirmata, in directe irritare (ut patet ex Artic. supere-

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 2, n. 30. — ² Lib. 4, tr. 4, cap. 7, n. 14. — ³ Salmant., Tr. 17, cap. 8, n. 65. — ⁴ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 27, n. 86. — ⁵ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 3, § 2, n. 2 et 3. — ⁶ Sanch., lib. 6, cap. 8, n. 10. — ⁷ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 3, n. 35. — ⁸ Tr. 17, cap. 8, n. 62 et 63. — ⁹ Loc. cit., n. 60. — ¹⁰ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 24, num. 75.

fiat amborum, non tenetur reddere, quamdiu non revocat aut non poenitet placiti; quia si revocatur ab altero quod placuit, vovens reddere tenetur».

241. - ^{a)} Lessius, lib. 2, cap. 40, n. 71, contra, expresse concedit posse irritari irritatione proprie dicta, vota quorum materia tantum, sed perfecte, alteri subjicitur.

« *riore*). — Excipe tamen, nisi suo juri cesseret, et hanc concessionem subditus acceptasset, ut v. gr. in voto castitatis, mutuo mariti et uxoris consensu facto. Secus tamen esset, si vel sola uxor, vel uterque independenter ab altero vovisset». [Vide supra Art. 1, n. 239, v. *Quid autem*].

DUBIUM VII.

Quid sit Commutatio Voti.

243. *Quando possint commulari vota.* — 244. *An possit quis commutare sibi votum in opus aequale.* — 245. *An valeat commutatio in minus sine justa causa.* — 246. *Vide alia notanda.* — 247. *An habens facultatem possit commutare in aliquantulum minus.* — 248. *An, facta commutatione, possit vovens implere votum per primam promissionem.* — 249. *An, facta impossibili re commutata, teneatur vovens implere primam. — An qui, immemor voti, praestat opus promissum, a voto liberetur.*

243. — « Resp. Commutatio est substitutionis alterius operis honesti, loco ejus quod voto promissum erat, sub eadem obligatione. — Circa quam, ut licite fiat, traduntur hae regulae:

« *Prima*. Ad commutationem voti, requiritur auctoritas ecclesiastica:

« 1º. Quando commutatio fit in paulo minus bonum: quod si notabiliter minus sit, miscetur dispensatio. — 2º. Quando dubium est de aequalitate boni». [Cum Salmant. 4]. — « 3º. Quando fit in bonum aequale: licet aliqui tunc putent sufficere auctoritatem propriam. Haec tamen sufficit ad commutationem in melius; quia in meliori minus continetur». [Est commune cum Salmant. 5, exceptis tamen votis reservatis]. « Voco autem melius, quod est tale in ordine ad utilitatem spiritualem voventis, et Deo gratius ». [Cum Salmant. 6]. — Tuitior est commutatio in frequentiam Sacramentorum: Sanchez,

« 8º. Vota indirecte tantum irritata reviviscunt et obligant, quando alteri desinunt praejudicare. Vide de his Bonacina 1, Laymann 2 ». — [Vota autem directe semel irritata nunquam reviviscunt; ut Elbel 3 cum Sanchez, Valentia et Filiuccio].

Indirecte irritata, quando reviviscant.

Directe irritata non reviviscant.

Juxta alios lethale.

Alii dicunt fieri posse propria auctoritate.

Tamburinius, Bardi, Bassaeus, apud Salmant. 7].

244. — Quaeritur: *an vatum possit propria auctoritate commutari in opus evidenter aequale?* — Adest duplex sententia.

Prima probabilius negat, ex S. Thoma 8, rationem profert: *Quod in commutatione est quidam contractus, qui non potest perfici sine consensu ejus... qui vicem Dei gerit in terris, scilicet praelati.* — Deinde, quia, supposita promissione, magis gratum censemur esse Deo, ut vovens fideli sit ei praestando rem promissam, quam aliam aequalem. Ita Sanchez 9 (licet antecedenter 10 contrarium censuerit, se revocat tamen 11) cum Cajetano, Covarrubias, Soto, Azor; et Suarez, Palaus, Leander, Laymann, Filiuccius, Reginaldus, etc. cum Salmant. 12.

Qua posita sententia, alii dicunt talem commutationem esse tantum peccatum leve: ut Sanchez, Ledesma, Diana 13, Mendo-

Commutatio in aequale probabilius non fit propria auctoritate.

Alias est veniale juxta quosdam.

qu. 88, art. 12, vers. *Et confirmatur hoc*; Sum., v. *Voti dispensatio*, § *Rationabilis autem*. — Covar., de Pactis, part. 1, § 3, n. 10, vers. *Est etiam praelati*. — Sotus, de Just., lib. 7, qu. 4, art. 8, vers. *At vero quando*. — Azor, part. 1, lib. 11, cap. 19, qu. 2. — Suar., lib. 6, cap. 19, num. 8. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 15, n. 4. — Leand., part. 1, tr. 5, (de Poenit.), disp. 14, qu. 154. — Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 19, vers. *Dico II*. — Fill., tr. 26, cap. 10 n. 283. — Regin., lib. 18, n. 348. — Tr. 17, cap. 8, n. 134. — Sanch., Decal., lib. 4, cap. 51, n. 16. — Petr. Ledesm., Sum., part. 2, tr. 10, cap. 8, part. 3, vers. *Quantum ad commutationem*. — Mendo, in bullam Cruc., disp. 26, cap. 8, n. 45.

244. — a) Diana, part. 2, tr. 16, resol. 7, male a Salmant. citatur; ipse enim docet hanc

commutationem ab ipso vovente fieri posse. Et resol. 8, vers. *Plus addam*, loquitur, non

et alii, apud Salmant. 1; quia, ut dicunt, esset infidelitas in re modica. Quare, si jam praestita sit materia commutata, sufficit quod vovens supplet aliquid. Et idem dicendum asserunt, si materia praestita fuerit minor promissa. — Alii tamen sentiunt esse peccatum grave: ut Salmant. cum Palao, Suarez, Azor 14, Prado, etc.; quia de tali commutatione, prout irrita, nulla ratio habenda est. — De hoc, vide num. seq. 245, v. *Quaeritur*.

Secunda tamen sententia, quam satis probabilem vocant Salmant. 2; et tenent Elbel 15, Henriquez, Medina, Major, apud Sanchez 3; item Tamburinius 4 cum Sà 4, Rodriguez 5, Bonacina, Fernandez, Diana, Villalobos, et probabilem vocant Suarez 6, Aragon, apud Sanchez; et Trullench, Lessius 8, etc, apud Salmant. 5, affirmat cuique licere commutare suum votum cum opere evidenter aequali. — Ratio, quia praesumitur Deus aequa acceptare opus quoad substantiam aequale, ob benignitatem divinam, saltem ut hilarius ei oblatione praestetur; qua supposita praesumptione, ratio promissionis ut supra, cessat. — Doctrina autem et ratio allata a S. Thoma, intelligenda est de opere minori. Nam aliter, nec etiam valeret commutatio in

¹ Tr. 17, cap. 3, n. 136. — Salmant., loc. cit., n. 136. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 17, n. 6. — Suar., lib. 6, cap. 19, n. 14. — Prado, tom. 2, cap. 31, qu. 15, n. 27. — ² Loc. cit., n. 133. — Henrig., lib. 5, cap. 20, n. 5; lib. 7, cap. 30, num. 5. — Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 14, § 7, ... de Commutat., reg. 2. — Major, in 4, dist. 38, qu. 8, vers. *Tertio arguitur*. — ³ Decal., lib. 4, cap. 49, n. 10. — ⁴ Decal., lib. 3, cap. 16, § 5, n. 14. — Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 3, n. 8. — Fernand., de More, Exam., part. 1, cap. 6, § 11, n. 2. — Diana, part. 3, tr. 5, resol. 25; part. 2, tr. 16, resol. 7. — Villal., part. 2, tract. 24, diff. 31, num. 5. — Aragon, in ² Tr. 2²e, qu. 88, art. 12, dub. 1, dict. 3. — Sanch., Decal., lib. 4, cap. 49, n. 10. — Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 45, n. 5. — ⁵ Tr. 17, cap. 3, n. 133. — ⁶ Loc. cit., num. 132. — Sanch., loc. cit., n. 4. — Azor, part. 1, lib. 11, cap. 19, qu. 1. — Valent., in 2² Tr. 2²e, disp. 6, qu. 6, punct. 7, vers. *Hac ipsa ratione*. — Suar., lib. 6, cap. 18, n. 4. — Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 19. — ⁷ Loc. cit., num. 134. — Sanch., loc. cit., n. 14. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 15, n. 5. — ⁸ Loc. cit., n. 14. — ⁹ Loc. cit., n. 145. — Laym., loc. cit., n. 23. — Cajetan., in 2² Tr. 2²e, qu. 88, art. 12, vers. *In commutatione*. — ¹⁰ De Voto, n. 306.

de ipso vovente, sed de confessario qui, absque justa causa, votum poenitentis commutaret: quod veniale esse affirmat.

b) Azor, loc. cit., cap. 19, qu. 12, id non habet, quidquid asserunt Salmant.

c) Elbel, de Voto, n. 304, dicit « probabiliter » fieri posse solius voventis auctoritate; « licet hoc a multis non absque ratione negetur ».

a) Sà, v. *Voti irritatio*, n. 10, et quidem in editione genuina, ita docet, sed non sine quadam formidine.

e) Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 102, n. 5, concil. 4, ut recte fiat commutatio, requirit confessarii prudentiam, et addit: « Quando votum commutatur in rem meliorem aut ae-

videnter melius; quam valere non dubitat communis sententia, etiamsi sit materia disparata, ut Salmant. 6 cum Sanchez, Azor, Valentia, Suarez, Laymann et aliis, contra paucos; et probatur ex cap. *Quod super his, de voto* ^h). Conveniunt autem etiam primae sententiae DD., quod, si materia sit certo aequalis, et probabiliter aut dubitanter sit melior; tunc propria auctoritate recte fit commutatio. Ita Salmant. 7 cum Sanchez, Suarez ⁱ, Palao, etc.; quia tunc materia semper est moraliter melior: ut Salmant. 8.

Sed his non obstantibus, puto non recedendum a prima sententia. Ratio enim allata a S. Thoma valde urget: saltem ratio illa concludit pro opere aequali.

245. — « *Secunda regula*. Ad commutationem voti in aequale requiritur causa, licet minor quam ad dispensationem; quia dispensatio plane liberat ab obligatione voti: commutatio vero aliud subrogat.

« Unde si fiat in melius, nulla causa requiritur; si in aequale cum auctoritate superioris, sufficit major in illud « propensio ». [Ut Salmant. 9 cum Laymann, Cajetano, etc.; vel minus periculum transgrediendi: ut Elbel 10 cum San-

A priori sententia non recendendum.

Commutatio in aequale requirit causam.

quale, non est necesse quod habeat privilegium ad hoc».

f) Suarez, lib. 6, cap. 19, n. 14, loquitur de peccato quod quis sic commutando admittit, et dicit non videri improbabile esse tantum veniale.

g) Lessius, lib. 2, cap. 40, n. 105, hujus sententiae probabilitatem innuere videtur, dum de contraria scribit tantum: « *tutius* », esse, ut non fiat ejusmodi commutatio sine superioris vel prudentis confessarii auctoritate.

h) Quomodo cap. *Quod super his* hanc sententiam confirmet, non satis perspicitur.

i) Suarez male hic citatur a Salmant.; scribit enim lib. 6, cap. 18, n. 10, de hoc casu: « *Judicium et auctoritas superioris postulatur* ».

chez^{a)}, Palao^{a)} et Croix^{b)}. — « Si vero dubitetur an sit aequale, sufficit nota bilis molestia in implendo. — Vide Lessium¹.

Quaeritur: an, si commutatio fiat in minus sine justa causa, sit non solum illicita, sed etiam invalida?

Commuta-
tio in minus
sine causa,
probabiliter
valet.

Prima sententia cum Sanchez², et Diana, Candido, etc., apud Salmant.³, et Tamburinio⁴, dicit esse validam, modo suppleatur defectus. Quia, si non esset major obligatio erga homines, quam supplendi; tanto magis erga Deum, cum quo mitius agitur. Et haec cohaeret cum secunda opinione, relata supra n. 244. — Secunda vero sententia dicit esse invalidam: sicut invalidam esse dispensationem sine justa causa docet S. Thomas⁵. Ratio, quia praelatus nequit excedere facultatem quam habet sibi a Deo delegatam, scilicet, commutandi tantum cum causa justa. Ita Salmant.⁶ cum Suarez, Palao, Trullenbach, etc.

Utraque est probabilis.

In dubio autem an causa commutationis fuerit sufficiens, vel non, docet D. Thomas⁶, posse voventem acquiescere iudicio commutantis.

Unde resolves:

246. — a) Quamvis oratio absolute sit melior jejunio; non licet tamen propria auctoritate hoc in illam commutare: quia hic et nunc potest jejunium esse Deo gratius, utpote utilius ad bonum spirituale hujus hominis. — Lessius⁸, Sanchez⁹.

¹ Lib. 2, cap. 40, num. 110. — ² Decal., lib. 4, cap. 51, num. 8. — Diana, part. 2, tr. 16, resol. 7, v. f. - Candido, disquis. 25, art. 3, dub. 3, vers. Dico 6. — ³ Tr. 17, cap. 3, n. 147. — ⁴ Decal., lib. 3, cap. 16, § 5, n. 9. — ⁵ 2^a Tr. 88, art. 12, ad 2. — ⁶ Loc. cit., n. 148. — Suar., lib. 6, cap. 19, num. 14; et cap. 20, n. 7. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 17, n. 2. — Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 45, n. 13. — ⁷ Loc. cit., ad 2, i. f. — ⁸ Lib. 2, cap. 40, n. 101. — ⁹ Decal., lib. 4, cap. 56, n. 6. — ¹⁰ Instruct., de Confessione, part. 1, cap. 3, § 1, qu. 8, reg. 5. — S. Thom., loc. cit., ad 1; et in 4, dist. 38, qu. 1, art. 4, solut. 4. — ¹¹ Tr. 17, cap. 3, n. 129. — ¹² Cap. Per tuas, de voto, etc. — ¹³ Disp. 4, qu. 2,

Aasserit Lohner¹⁰, unam Confessionem vel Communionem valere pro rosario totius hebdomadae. Sed huic generaliter loquendo non acquiesco.

« 2^o. Omnia vota personalia propria auctoritate commutari possunt in votum religionis: immo ipso jure omnia vota realia sic mutantur in professione ». [Sic S. Thomas, apud Salmant.¹¹].

« 3^o. Qui habet votum religionis, non potest illud propria auctoritate commutare in susceptionem episcopatus: tum quia hic non efficit hominem perfectiorem quam religio, licet perfectio rem esse supponat; tum quia non constat, quod illud hic et nunc sit Deo gratius; tum quia sic respondit Innocentius III¹², apud Bonacina¹³. [Idem docent Lessius¹⁴, Azor, Sanchez, Laymann¹⁵, Palau¹⁶, Fagundez, Diana¹⁷].

« 4^o. Qui habet facultatem dispensandi. [Etiam delegatam, ut verius Laymann, Lessius, Palau, Suarez cum Salmant.¹⁸, contra Navarrum, Sanchez, etc.] « habet etiam commutandi; non tamen contra: quia commutatio est pars dispensationis; qui autem potest majus, etiam minus potest. — Qui autem habet facultatem commutandi tantum, non potest mutare nisi in aequale: quod moraliter et non scrupulose aestimandum est, ut monet Laymann¹⁹. In qua aestimatione, ait Cajetanus, non negligenda sunt concomitantia: v. gr., in voto peregrinationis habenda ratio non tantum laboris, sed etiam expensarum quas fecisset. —

punct. 7, § 3, n. 8. — ¹⁴ Loc. cit., n. 103. — Azor, part. 1, lib. 11, cap. 17, qu. 2; et cap. 23, qu. 13. — Sanchez, loc. cit., cap. 17, n. 5. — ¹⁵ Lib. 4, tr. 5, cap. 6, num. 15. — ¹⁶ Tr. 16, disp. 1, punct. 6, num. 2. — Fagund., Decal., lib. 2, cap. 48, num. 21. — ¹⁷ Part. 6, tr. 6, resol. 62. — Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 20. — Less., lib. 2, cap. 40, n. 108. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 14, num. 4. — Suar., lib. 6, cap. 12, n. 9 et 10. — ¹⁸ Tr. 17, cap. 3, n. 81. — Navarr., Man., cap. 12, num. 79. — Sanchez, de Matrim., lib. 8, disp. 2, num. 15; et Decal., lib. 4, cap. 53, num. 4. — ¹⁹ Loc. cit., cap. 8, num. 24. — Cajetan., Summa, v. Votis dispensatio, in med.

245. — a) Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 50, n. 21; Palau, loc. cit., punct. 15, n. 8, non pro ipsa hac assertione adducuntur ab Elbel, sed solum pro ratione in qua fundatur assertio, nempe: ad commutationem non requiri causam adeo gravem ac pro dispensatione,

quia commutatio non est totalis relaxatio. Et ita profecto docent autores laudati.

b) Croix, lib. 3, part. 1, n. 525, causam hic relatam non affert, sed solum assignat ut motivum sufficiens, ardenter petitionem cum spe majoris fructus.

Personalia
commutan-
tur in votum
religionis
minus.

Votum re-
ligionis et
votum sus-
cipienda pi-
scopatum.

Qui potest
dispensare,
potest com-
mutare.

Habens
facultatem
commutan-
di, commu-
nata in aequa-
le.

• Suarez, Lessius^{a)}. Vide Bonacina¹. [Ex cap. Magnae, de voto].

247. — Quaeritur: an habens facultatem tantum commutandi, possit commutare in opus aliquantulum minus?

Prima sententia (quam satis probabilem recte vocant Salmant.²) affirmat: modo excessus non sit notabilis. Ratio, quia, si potestas commutandi non esset talis, esset pluribus anxietatibus obnoxia, et ideo inutilis; cum difficillimum sit aequalitatem invenire in re subrogata. Deinde quia, si probabile est posse fieri commutationem auctoritate propria in aequale; probabile etiam esse debet, quod habens facultatem commutandi, possit commutare in aliquid minus: aliter talis potest nihil operaretur. — Ita Sà, Bonacina, Trullenbach, Diana, Leander, Medina, et probabile vocat Lessius, apud Salmant.³.

Secunda vero sententia tenet, faciendo esse commutationem in rem aequalem, aequalitate tamen morali, non mathematica; ita ut parva credatur esse differentia, et nullus excessus manifeste appareat. Ita Salmant.⁴ cum Cajetano^{a)}, Palao, Suarez, etc.; cum Busenbaum hic, et Laymann. — Et sic sententia haec revera cum prima conciliatur.

Notandum hic, quod recte potest opus

Suar., lib. 6, cap. 19, n. 19 et 20. — ¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 3, n. 10. — ² Tr. 17, cap. 3, n. 138. — Sà, v. Votis irriratio, n. 10 (edit. genuina). — Bonac., loc. cit., n. 11. — Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 45, n. 7; et in bull. Cruciat., lib. 1, § 7, cap. 3, dub. 12, n. 5. — Diana, part. 2, tr. 16, resol. 8, i. f. — Leand., part. 1, tr. 5, disp. 14, qu. 156; Decal., part. 2, tr. 1, disp. 18, qu. 12. — Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 14, § 7, reg. 3. — Less., lib. 2, cap. 40, n. 109. — ³ Loc. cit., n. 138. — ⁴ Loc. cit., n. 139. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 16, n. 2 et 3. — Suar., lib. 6, cap. 19, num. 7 et seqq. — Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, num. 24. — ⁵ Tr. 17, cap. 3, num. 140. — Bass., v. Votum VII, supplem., n. 19. — Suar., lib. 6, cap. 19, n. 16 et 21. — Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 16, n. 4. — ⁶ De Voto, num. 306. — Gobat, de Jubilaeo, a. n. 324. — Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 6, n. 3 et 4, et n. 11 et seqq. — ⁷ Lib. 2, cap. 40, n. 111. — Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 55, n. 24 et 26; et de Matrim., lib. 8, disp. 9, n. 21. — ⁸ Tr. 26, n. 288 et 289. — ⁹ Loc. cit., n. 167. — Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 55, n. 24 et 26. — Pal., loc. cit., punct. 18, n. 8. — Suar., loc. cit., cap. 20, n. 2 et seqq. — Suar., loc. cit., n. 1 et 4. — Reginaldus, lib. 1, cap. 14, § 7, reg. 3. — ¹⁰ Loc. cit., n. 168. — ¹¹ Loc. cit., n. 111. — ¹² Decal., lib. 4, cap. 55, n. 26. — ¹³ Loc. cit., n. 318. — ¹⁴ Loc. cit., n. 169. — Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 27, iii. — Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 3, n. 20. — Pal., loc. cit., punct. 18, n. 10. — Tambur., loc. cit., § 7, n. 4. — Diana, part. 2, tr. 16, resol. 6; part. 3, tr. 5, resol. 25, vers. Sexto. — Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 48, n. 6. — Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 55, n. 27

246. — a) Lessius, lib. 2, cap. 40, n. 109, dicit eum, qui facultatem commutandi tantum habet, debere « commutare in aequale vel paene aequale; si enim esset notabiliter minus, admiseretur dispensatio. Quamquam valde probable sit privilegium commutandi ita intelligendum, ut possit fieri in minus ».

247. — a) Cajetanus, in 2^a 2^a, qu. 88, art. 12, dub. 2, vers. In commutatione, requirit tantum ut commutatio fiat in majus aut in aequale.

b) Laymann, lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 25,

Reale
in persona-
tie, etc.

Substituen-
dum magis
utile.

Facta com-
mutatione,
potest redi-
ti ad pri-
mum.

et proba-
bilis etiam
in melius.

Exceptio.

Rejicitur
exceptio.

Dei cultum. At verius dicunt Salmant.¹ cum Palao^{c)}, Prado et Villalobos^{c)} neque adhuc talem commutationem obligare saltem sub gravi, nisi fiat novum votum: quia quodcumque propositum non obligat, nisi interveniente promissione et animo se obligandi, ut docet S. Thomas².

Ex his omnibus infertur quod vovens, etsi redierit ad primum opus, potest tamen iterum redire ad secundum subrogatum. — Et praeterea, si plures facta est commutatio in diversa opera, vovens potest eligere eorum quodcumque malit. Salmant.³ cum Trullench^{d)}, Diana et Villalobos^{c)}.

Si plures commutatum est, potest eligi quodcumque.

Quid, si iterum votaverat.

In dubio non tenetur novo voto.

Subrogato facto impossibili, non tenetur ad primum.

Si quis tamen, post acceptationem rei subrogatae, iterum voveat rem commutatam; tunc tenetur ad utramque praestandam, si intendat se obligare novo vinculo voti. — In dubio autem praesumti quod habuerit animum se obligandi novo voto, dicunt Trullench et Bonacina. At Salmant.⁴ putant etiam probabile esse oppositum, et sic teneri tantum ad rem commutatam. Et hoc mihi est probabilius, quia votum dubium non obligat, juxta dicta Lib. I, n. 28.

249. — « 6°. Si voti legitime a superiori re commutati materia, sive opus fiat « impossibile vel indifferens, non tenetur

¹ Tr. 17, cap. 3, n. 170. — ^{a)} Prado, tom. 2, cap. 31, qu. 15, num. 109. — ^{b)} 2^a, qu. 88, art. 1, ad 1. — ^{c)} Loc. cit., n. 169 i. f., et n. 171. — ^{d)} Diana, part. 2, tr. 16, resol. 6. — ^{e)} Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 48, n. 7. — ^{f)} Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 3, num. 23. — ^{g)} Loc. cit., num. 171. — ^{h)} Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 28, iv. — ⁱ⁾ Loc. cit., punct. 7, § 3, n. 20, cum § 1, n. 6. — ^{j)} Decal., lib. 4, cap. 55, n. 15. — ^{k)} Loc. cit., num. 165. — ^{l)} Laym., loc. cit. — ^{m)} Pal., tr. 15,

« redire ad prius; quia obligatio extincta est. — Vide Laymann, Bonacina⁵.

Facta voti commutatione, etiamsi res subrogata fiat impossibilis culpa voventis, vel si ipse eam non impleverit, non tenetur ad primam. V. gr., pro eleemosyna subrogatum est jejunium tali die: si tunc jejunare non potuisti vel noluisti, peccasti; sed non teneris ad eleemosynam, quia per commutationem prima obligatio extinguitur. — Ita Sanchez⁶; et Salmant.⁷ cum Laymann, Palao, Trullench, Suarez; et Elbel^{a)}, ac Sporer⁸ cum communissima.

Hoc tamen non currit si commutatio fiat auctoritate propria. Tunc enim, si non impletur secundum opus, impleendum est primum; quia non extinguitur tunc prima obligatio, sed satisfit per impletionem superabundantem vel saltem aequivalentem, ut supra. — Et hoc certum est. Salmant.⁹ cum Tamburinio, Leandro, etc.

Ultimo pro complemento hujus Dubii, Quaeritur 1°. *An habens facultatem commutandi vota pro aliis, habeat etiam pro se?*

Resp. Affirmative; sicut de facultate dispensandi docent communiter Sanchez¹⁰, Bonacina¹¹. — Ita Salmant.¹² cum Tamburinio^{b)}, Suarez^{c)}, Trullench, Azor^{d)},

disp. 2, punct. 18, num. 2. — ^{e)} Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 48, n. 3. — ^{f)} Suar., lib. 6, cap. 20, n. 9 et 10. — ^{g)} Tr. 3, cap. 3, n. 136. — ^{h)} Loc. cit., n. 166. — ⁱ⁾ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 7, num. 6. — ^{j)} Leand., tr. 1, disp. 18, qu. 31. — ^{k)} De Matr., lib. 8, disp. 8, n. 8 et 9; et Decal., lib. 4, cap. 87, n. 45 et 46. — ^{l)} Loc. cit., punct. 7, § 4, n. 31; cfr. disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 10. — ^{m)} Loc. cit., n. 128. — ⁿ⁾ Trull., loc. cit., dub. 41, n. 5.

Etsi accidat culpa voventis.

Nisi commutatio fiat auctoritate propria.

Qui potest commutare pro aliis, potest pro se.

lam rem vovere, et se ad illam de novo obligare.

249. — a) Elbel, *de Voto*, n. 317 et 319, ita quidem tenet, non tamen loquens de modo quo res impossibilis facta fuerit, culpa scilicet renuntiari commutationi, quod non credo te alia via praestare posse, nisi emittingendo de novo prius votum, vel novo voto usum commutationis renuntiando». — Et pariter Villalobos, part. 1, tr. 27, claus. 9, § 3, n. 34, asserit voventem, quamvis commutationi renuntiaverit, et ad prius votum redierit, posse nihilominus, cum novum votum non habeat, alterutrum adimplere.

d) Trullench, loc. cit., dub. 48, n. 7, hanc opinionem ita limitat: « Nisi prius votum vel aliquam commutationem elegit, et aliis renuntiaverit, nam tunc censemur de novo il-

luminare, et negat enim posse secum dispensare, eum qui facultatem habet in aliorum votis dispensandi.

d) Azor, part. 1, lib. 5, cap. 15, qu. 6, per Salmant. incuriam pariter hic adducitur;

Diana^{b)}, Prado^{c)}, Leandro, Rodriguez^{b)}, praestat opus promissum, a voto in posterum liberetur? — Vide dicta n. 224, v. *Si quis*; et dicenda de *Restit.*, n. 700.

Quaeritur 2°. *An qui, immemor voti, Quaer. 2, v. Limitant 3°.*

DUBIUM VIII.

Quid sit Dispensatio, et quis possit dispensare in Votis.

250. *Quae causa requiratur ad dispensandum.* — 251. *Quid, si dispensatio sit facta bona fide, sed sine causa.* — Quid, si dubium sit, an adfuerit causa. — 252. *Quae cause sufficiant ad dispensandum.* — 253. *An sufficiat imperfecta deliberatio aut libertas.* — 254. *Vide alia notanda.* — 255. *An dispensari possit votum, factum in beneficium tertii.* — Et quid de voto et juramento perseverantiae, quod praestatur in quibusdam Congregationibus. — 256. *Qui possint dispensare.* An Papa in votis solemnibus. — An episcopi in votis simplicibus. — Qui possint facultatem dispensandi delegare. An habentes facultatem valeant dispensare cum seipsis. — 257. An paelati regulares possint dispensare in omnibus votis religiosorum. An novitiorum. An saecularium. 258. *De votis reservatis plura notabilia.* — 259. *An juramentum castitatis aut religionis sit reservatum sicut votum.* — 260. *An, commutato voto reservato, materia subrogata etiam reservata sit.* — 261. *An etiam sint reservata vota castitatis et religionis conditionalia aut poenalia.* — 262. *An peregrini possint dispensari ab episcopo loci in votis et legibus communibus.* (Remissive ad Lib. I, n. 158).

250. — « Resp. 1°. Dispensatio est abso- « luta obligationis voti condonatio, no- « mine Dei facta.

Causae re- quisitae ad validita- tem.

Quid sit dispensatio.

« Ad hanc, ut valeat, justa causa re- quiritur; qualis v. gr. est: 1°. Bonum « Ecclesiae, vel commune reipublicae ». [Et etiam familiae: vel major profectus voventis. Salmant.² cum S. Thoma, Suarez, Sanchez. Et etiam in dubio de hoc: Palaus et Suarez³]. — « 2°. Notabilis dif- « ficultas in observatione voti. — 3°. Im- « perfectio actus, vel levitas ac facilitas, « ex qua processit votum. — Suarez⁴, Fil- « liuccius⁵, Sanchez⁶. Vide Bonacina⁷, « Laymann⁸.

Hinc monet Innocentius III⁹, tria at- tendenda esse in dispensatione votorum:

¹ Leand., tr. 1, disp. 17, qu. 62 et seqq.; et qu. 153. — ² 2^a, qu. 185, art. 8, corp. — ³ Tr. 17, cap. 3, n. 125. — ⁴ S. Thom., in 4, dist. 38, qu. 1, art. 4, solut. 1, corp. — ⁵ Suar., lib. 6, cap. 17, n. 10. — ⁶ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 45, n. 38. — ⁷ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 9, n. 14. — ⁸ Loc. cit., n. 10. — ⁹ Loc. cit., n. 8. — ¹⁰ Tr. 26, cap. 9, n. 260. — ¹¹ Loc. cit., n. 27 et seqq. — ¹² Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 4, n. 24. —

concedit enim hanc secum dispensandi facul- tam rem vovere, et se ad illam de novo obli- gare.

¹ 2^a, qu. 185, art. 8, corp. — ² Tr. 17, cap. 3, n. 125. — ³ S. Thom., in 4, dist. 38, qu. 1, art. 4, solut. 1, corp. — ⁴ Suar., lib. 6, cap. 17, n. 10. — ⁵ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 45, n. 38. — ⁶ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 9, n. 14. — ⁷ Loc. cit., n. 10. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — ⁹ Tr. 26, cap. 9, n. 260. — ¹⁰ Loc. cit., n. 27 et seqq. — ¹¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 4, n. 24. —

¹⁰ Lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 5. — ¹¹ Cap. Magnae, de voto, etc.

¹² De Voto, n. 277. — ¹³ Tr. 3, cap. 3, n. 43. — ¹⁴ Decal., lib. 4, cap. 44, num. 10. — ¹⁵ Lib. 2, cap. 40, num. 119. — ¹⁶ Tr. 17, cap. 3, n. 119; et tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 71. — ¹⁷ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 3. — ¹⁸ Leand., Decal., part. 2, tr. 1, disp. 17, qu. 7. — ¹⁹ Salmant., tr. 11, cap. 5, num. 71.

ratio facta locum non habet, praecipue cum votorum obligatio sit juris divini naturalis».

251. — a) Laymann, lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 12, loquitur tum de superiore dispensante, tum de subditto dispensationem petente: et de primo quidem ita scribit: « Si paelatus probabilitur arbitretur justam adesse dispensandi causam, quamvis cum errare contingat, valet

Data sine causa, bona fide, valet juxta quos-dam.

Secundum
Auctorem
non valeat.

pensionem. Quia talis censenda est voluntas divina: ne conscientiae anxietatis vexentur, et permaneant firmae determinationes pastorum, prout necesse id videtur ad rectum regimen animarum. — Secunda vero sententia, quam tenet Palaus¹ cum Basilio et Salas, contradicit. Et hanc sequimur, si postea certum comperiatur non adfuisse causam, vel non sufficientem. Prima enim sententiae, licet a tantis auctoribus defensae, obstat tamen principium certum, quod in lege superioris invalide dispensat inferior sine sufficienti causa.

In dubio de causa, valet.

Secus autem dicendum puto, si dubium sit an adfuerit causa, vel an sufficiens. — Tum quia in dubio, tunc stat pro valore dispensationis; tum quia in eo casu urget ratio primae sententiae: nempe, quod esset res nimis scrupulis obnoxia, si homines post obtentam dispensationem inquirere tenerentur de ejus valore. Et cum hoc frequenter accideret, bene tunc praesumitur Deus ratam habere dispensationem illam, ad conscientias pacandas et ad rectam gubernationem. — Ubi autem certe detegitur nullitas causae, recte ait Palaus, quod minime praesumitur Deus favere velle errori manifesto (quidquid dicit Diana²). Et sic revera loquitur Laymann³, ubi dicit, posse dispensatum bene acquiescere dispensationi, donec contraria veritas appareat; citans Sotum⁴, Navarrum, Suarez⁵, etc. Et consentit nobis Palaus, qui ait, casu quo causa est dubia,

¹ Tr. 15, disp. 2, punct. 9, n. 4. - *Basil. Pont.*, de M. lib. 8, cap. 14, n. 7. - *Salas*, de Legib., disp. 20, sect. 4, n. 35. - *Pal.*, loc. cit., n. 4. - ² Part. 1, tr. 10, resol. 33. - ³ Lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 12. - *Navar.*, *Man.*, paelud. 9, n. 18. - *Pal.*, loc. cit., n. 4. - ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 79. - *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 45, n. 41. - *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 9, n. 18. - *Suar.*, lib. 6, cap. 17, n. 12. - ⁵ Tr. 17, cap. 3, n. 124. - *Leand.*, tr. 1, disp. 17, qu. 15. -

tamen dispensatio». De subdito vero haec dicit: « Si subditus bona fide dispensationem petat, allatis rationibus, quas superioris examini committit, impetrata dispensatione securus esse potest, et praesumere legitime collatam fuisse, (saltem in conscientiae foro) donec contraria veritas appareat ».

^{b)} Sotus, in 4, dist. 21, qu. 2, art. 2, § *Dispens. votor.*, dicit praesumendum esse legitimam fuisse causam, ubi error manifestus non fuerit, licet in veritate causa possit esse non legitima.

legitima praesumitur dispensatio. — Vide *Lib. I.*, n. 182.

Valde autem probabile est cum Salmant.⁴, validam esse dispensationem, etiamsi mala fide a dispensante ipsa fuerit impedita, si revera aderat justa causa; ut diximus *Lib. I.*, de Legib., n. 181.

252. - Sufficit autem pro causa ad dispensandum, *periculum transgressionis*, ob indispositionem particularem voventis vel ob communem fragilitatem hominum. Sufficit etiam *magna difficultas in exsecutione*: non solum si non fuit praevista, ut dicunt Sanchez, Palaus, Suarez; sed etiam, si praevista fuerit, ut censent Salmant.⁵ cum Leandro et Tamburinio: tum quia tunc etiam adest periculum transgressionis; tum quia res multo difficilior apprehenditur dum instat exsecutio, quam cum deliberatur. Et etiamsi talis difficultas ortum habeat ex fragilitate voventis; ut Suarez, Palaus, Laymann, Trullenbach, cum Salmant.⁶. — Sufficit etiam, si vovens vexetur *magnis scrupulis*. Salmant.⁷ cum Sanchez, Trullenbach, Fagundez et Tamburinio.

253. - Praeterea, etiamsi absit periculum transgressionis et magna difficultas in exsecutione, sufficit pro causa, quod votum emissum sit *immature*, scilicet cum nimia facilitate, vel ex imperfecta deliberatione, vel *sine perfecta libertate*. Sanchez⁸; et Cajetanus⁹, Palaus, Suarez, etc. cum Salmant.¹⁰. — Ob hanc rationem, vota *impuberum* sine alia causa possunt

Data cum causa, mala fide, valet.

Periculum violationis, causa sufficiens.

Item, magna difficultas, etiam praevista.

etiam orta ex fragilitate.

Item, magna scrupuli.

Item immatura emissio voti

Praelatus racens, quando dis-

penset.

Potestas

dispensandi

valet pro

votis jura-

tus.

Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 18. — *Suar.*, loc. cit., n. 9. - *Pal.*, loc. cit., num. 12. - *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 5. - *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 42, n. 12, vers. ^a Lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 12. - *Navar.*, *Man.*, paelud. 9, n. 18. - *Pal.*, loc. cit., n. 4. - ^b Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 79. - *Sanct.*, Decal., lib. 4, cap. 45, n. 41. - *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 9, n. 18. - *Suar.*, lib. 6, cap. 17, n. 12. - ^c Tr. 17, cap. 3, n. 124. - *Loc. cit.*, n. 8. - ^d Loc. cit., n. 9. - *Salmant.*, loc. cit., n. 123. - ^e Loc. cit., n. 32. - *Pal.*, loc. cit., n. 9. - *Salmant.*, loc. cit., n. 123. - ^f Loc. cit. - ^g Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 4, n. 24. -

^{c)} Suarez, lib. 6, cap. 17, n. 6, de subdito loquens scribit: « Si quis bona fide procedat, et causam veram proponat, quam sufficientem ipse existimat, judicium ejus paelatus relinquendo; tunc secure procedit, judicium paelati sequendo, pro quo semper praesumere debet ».

^{d)} Cajetanus, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 12, vers. *Ad evidentiam causae*, citatur quidem hic a Salmant.; sed, quidquid isti dicant, doctrinam a S. Alphonso hic expositam silentio praetermittit.

absolute dispensari sine aliqua commutatione; ut Sanchez¹; et Tamburinius, Palaus, Cajetanus², Suarez, etc. cum Salmant.³

Idem dicendum est, si votum sit emisum *ob metum levem, incussum ab extrinseco*. Sanchez⁴, et Palaus cum Salmant.⁵

Idem, quando imperfecta deliberatio aut libertas in vovento processit ex *tristitia*, sive *ira*, sive *metu intrinseco* naufragii, mortis vel alterius mali: quia tunc immature vota fieri solent; et ideo possunt dispensari sine commutatione. — Si autem constaret tunc maturam adfuisse deliberationem; tunc dispensationi admisceatur aliqua commutatio. Sicut etiam fieri debet, si cessat causa impulsiva voti. Ita Salmant.⁶ cum Palao⁷, Sanchez⁸ et Tamburinio⁹.

« Unde resolves:

254. - « 1^o. Cum causa non sufficit ad « integrum dispensationem, partim dispen- « sari, partim commutari potest. — Bona- « cina¹⁰.

« 2^o. Praelatus videns, ac (cum facile « possit) non contradicens, videtur dispen- « sare, ait Sà.

« 3^o. Potestas, etiam delegata, dispen- « sandi in votis, extendit se etiam ad vota

¹ Decal., lib. 4, cap. 45, n. 30. — *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 14. — *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 9, n. 8. - *Suar.*, lib. 6, cap. 17, n. 8. - ^b Tr. 17, cap. 3, n. 123. - ^c Loc. cit., n. 32. - *Pal.*, loc. cit., n. 9. - *Salmant.*, loc. cit., n. 123. - ^d Loc. cit. - ^e Disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 4, n. 24. -

^{b)} Cajetanus, loc. cit., id non habet, nec citatur hic a Salmanticibus.

^{c)} Palaus minus accurate, sicut Sanchez et Tamburinius, a Salmant. allegatur; nam loc. cit., n. 9, Palaus negat regulariter esse dispensandum, quando votum ex ira, metu aliave passione processit; quia ibi non deest matura deliberatio; quodsi tamen haec deesset, commutationem dispensationi miscendam esse. Quoad reliqua, n. 10, cum Salmant. consentit.

^{d)} Sanchez, loc. cit., n. 31 et 34, non loquitur de commutatione dispensationi admiscenda; sed solum, n. 31, metum vel aliam causam non ad extorquendum votum incusam, dicit « praebere justam dispensandi causam, quando prudentem deliberationem exclusit; secus, quando illam habuit ». Et n. 34, cessationem impulsivae causae « esse etiam justam causam dispensandi ».

^{e)} Tamburinius, loc. cit., n. 15 et 16, pariter silentio praetermittit commutationem;

« jurata et juramenta pia soli Deo facta. « Vide Suarez⁶, Sanchez⁷. [Ut diximus supra, n. 190].

An autem juramenta religionis, castitatis, etc., sint reservata, ut vota? — Utraque est probabilis, ut dicemus infra, n. 259, v. Qu. 1.

255. - « 4^o. Ante voti acceptationem a « certa persona aut Ecclesie, non censetur « ei jus acquisitum; ideoque sine ejus in- « juria potest dispensari vel commutari ».

Sed hic fusius discutienda est Quaestio: *an votum redundans in utilitatem hominis possit dispensari aut commutari sine eius consensu?*

Resp. 1^o. Quod si votum nondum a tertio est acceptatum, communissima est sententia posse commutari; ut Elbel⁸, et Sanchez⁹ cum Cajetano¹⁰, Sà¹¹, Navarro¹², Silvestro, Azor¹³, Suarez¹⁴, etc. — Etiamsi promissio, non in solum Deum, sed peculiariter etiam in personam directa fuerit; puta, si vovents dixerit: *Promitto cum voto dare tali pauperi, etc.*, sed promissio non fuerit acceptata, neque ab illo, neque ab aliis nomine illius; ut addit Sanchez¹⁵ cum Suarez, Silvestro¹⁶, Armilla, etc. — Et etiamsi promissio facta sit in honorem Sancti illius ecclesiae, requiritur acceptatio ab illius rectore, ut commu-

Hinc com-
mutatur si-
ne consensu
tertii.

et negat iram, metum ac tristitiam, causam esse justam dispensandi, si adfuerit matura deliberatio; secus vero, si haec non adfuerit; at n. 17, si error vel dolus fuerit (de quo etiam loquitur Salmant.) in causa impulsiva, vult admiscendam esse commutationem dispensationi.

^{255.} - ^{a)} Cajetanus, *Opusc. tom. 2*, tr. 11, qu. 3; Navarrus, *Man.*, cap. 12, n. 78; Azor, part. 1, lib. 11, cap. 20, qu. 12; Suarez, cap. 15, n. 3 et seqq., absolute loquuntur, dicentes votum redundans in hominis utilitatem posse commutari absque ejus consensu; nulla mentione facta de ejusdem acceptatione; et ita quidem hi autores a Sanchez allegantur. Ipse vero Sanchez in probatione dicit per votum ejusmodi jus non dari, donec acceptetur.

^{b)} Sà, loc. cit., n. 14, scribit: « Quod voventi Deo alicui te daturum, si non huic promisiisti, potest commutari ».

^{c)} Silvester, loc. cit., non videtur recte ci-

tatio non amplius fieri possit. Sanchez¹ cum Cajetano², etc.

Respondeatur 2º. Quod si promissio fiat soli Deo dandi aliquid pauperibus indeterminatis, tunc semper commutari potest: et si promissio alicui ex pauperibus postea manifestetur, et ab illo acceptetur; ut Sanchez³ cum Suarez⁴, Lugo⁵, Tamburinius⁶ cum Palao.

Respondeatur 3º. Quod si e converso, promissio facta sit in utilitatem solius hominis, et sit acceptata; nullatenus sine ejus consensu revocari potest: ut diximus supra, Cap. II, Dub. VII, n. 192.

Dubium magnum est: *utrum votum principaliter emissum in honorem Dei, sed secundario seu minus principaliter etiam in favorem alicujus tertii determinati, puta talis ecclesiae vel pauperis, possit commutari, postquam ab his sit acceptatum, sine eorum consensu?*

Negant Elbel⁷, Lessius⁸, Sanchez⁹; Salmant.¹⁰ cum Suarez, Moya, etc. — Ratio, quia tunc jus acquiritur ecclesiae acceptanti aut pauperi, cuius simul in voto ratio habita est, v. gr. ob specialem affectionem aut illius necessitatem.

Alii tamen, ut Sporer¹¹ cum Henriquez¹², Viva¹³; et Fagundez, Trullenbach, Leander, apud Salmant.¹⁴ dicunt satis esse probabile, quod bene potest tale votum commutari auctoritate praelati vel propria, etiam post acceptanceum. — Et huic opinioni consentit Cajetanus (apud Sanchez¹⁵), qui loquens de cap. *Licet, de regulari*, ubi disponitur quod professus in

religione, licet ejus praelatus illum acceptaverit, potest in meliorem transire; Cajetanus reddit rationem: quia ille propter Deum, non propter praelatum, se religioni donavit; et ideo potest suum votum propria auctoritate, etiam post acceptanceum, in melius commutare. — Consentit etiam Navarra (apud eundem Sanchez¹⁶), qui haec ait: *Cum quis emisit votum... dandi alicui pio loco certam quantitatem; etiam postquam acceptata est, posset Pontifex Romanus illam commutare..., quia principaliter illa... promissio... non sit facta in gratiam et utilitatem personarum illius loci, sed principaliter in Dei cultum.* Et quod Navarra dicit de Pontifice, idem dicendum est (ut ait Sanchez) de aliis praelatis ob rationem allatam. — Ratio igitur hujus sententiae, ut loquitur Fagundez apud Tamburinius¹⁷, est, quia haec vota principaliter diriguntur in Deum, in finem cuius: et pauper est solum finis cui, minus principalis sive accessorius, qui finem principalem sequi debet. Etsi enim promissio fit peculiariter ad hunc pauperem, fit tamen propter Deum. Hinc Deus est tota causa promissionis; et per accidens se habet, quod acceptaverit pauper: qui, si adhuc aliquod jus acquisierit, acquisivit tamen dependenter a beneplacito Dei, cui debet servari promissio.

Notandum pariter est hic 1º. Quod talis simplex promissio facta homini, etiam acceptata, et si obligaret, non obligaret tamen sub gravi; juxta valde probabilem sententiam Salmanticensem¹⁸ cum Caje-

n. 10 et 11. — *Trull.*, Exposit, bullae Cruciat., lib. 1, § 7, cap. 3, dub. 8, num. 2. — *Leand.*, tr. 1, disp. 18, qu. 21. — ¹¹ Loc. cit., n. 155. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 88, art. 12, vers. *Ad hujus evidentiam*. — ¹² Loc. cit., n. 17. — *Petr. Navar.*, de Restitut., lib. 2, cap. 1, diff. 3, n. 16. — ¹³ Loc. cit., n. 17. — *Sanch.*, loc. cit. — *Fagund.*, loc. cit., n. 10. — ¹⁴ Decal., lib. 3, cap. 17, § 2, n. 15. — ¹⁵ Tr. 14, cap. 4, n. 82, 85 et 86.

tari a Sanchez; negat enim posse dispensari, « si non ex voto solum Deo facto, sed ex aliquo alio respectu se homini obligasset ».

¹² Suarez, loc. cit., n. 2, non loquitur de promissione soli Deo facta dandi aliquid pauperibus indeterminatis; sed explicat unde dignosci possit unum promissio soli Deo facta fuerit, an etiam homini: si nempe utatur quis solo verbo vovendi, intelligitur esse solum votum Deo et Sanctis; ut autem censeatur conjuncta promissio homini facta, oportet ut directe fiat

aliqua promissio homini. Ex qua quidem doctrina Sanchez colligit ea, quae hic a S. Alfonso proponuntur.

¹³ Henriquez non citatur a Sporer; attamen, lib. 7, cap. 30, n. 5, lit. k, in com., concedit episcopo facultatem dispensandi, ut calix voto promissus alicui ecclesiae, alteri detur; quia licet priori jus sit acquisitum secundario, tamen est revocabile; et n. 6, asserset commutationem de re promissa certo monasterio vel personae, prodesse voventi in utroque foro,

tano, Bañez¹⁹, etc.: uti fusius dicemus de *Contract.*, n. 720, v. *Tertia*.

Idem de juramento principaliter factu Deo.

Dicta valent de sola promissione gratuita.

Secus, si acceptans se ad aliquod onus obligaret in commodum promittentis. Tunc enim, cum intercedat ibi contractus onerosus utrinque obligatorius; promissio, et consequenter juramentum, non potest remitti promittenti, nisi altera pars consenserit, juxta legem contractuum.

Consectariūm pro voto Perseverantiae.

Notandum 2º. Quod idem quod dictum est de voto, dicendum est de juramento principaliter emisso in honorem Dei: ut probabiliter censem Tamburinius¹ cum Fagundez, quod possit relaxari ab episcopo sine consensu partis.

Sed notandum 3º. Quod hoc intelligitur de sola promissione gratuita. — Secus vero dicendum, si pars acceptans se ad aliquod onus obligaret in commodum promittentis. Tunc enim, cum intercedat ibi contractus onerosus utrinque obligatorius; promissio, et consequenter juramentum, non potest remitti promittenti, nisi altera pars consenserit, juxta legem contractuum.

Et sic evenit in juramento *Perseverantiae*, quod praestatur in Vener. Congregatione Patrum Missionis S. Vincentii a Paulo, necnon in nostra minima Congregatione SS. Redemptoris; ubi Oblati, licet principaliter in obsequium Dei juramento promittant perseverare in Congregatione; attamen, quia eodem tempore Congregatio eos acceptando se obligat ad ipsos sustentandos et instruendos, atque ad non dimittendos sine justa et gravi causa (de qua autem superiores non tenentur dimisis rationem reddere); ideo, cum intercedat hic contractus ultro citroque obligatorius, nequit juramentum ab alio remitti, quam ab ipsa Congregatione vel a Summo Pontifice, prout supremo bonorum ecclesiasticorum domino.

Id patet ex monito SS. Domini Nostri Benedicti XIV, sive bulla *Convocationis*, edita 25 Nov. 1749 pro anno jubilaei 1750, ubi dicitur: *Denique, quoad vota noverint [confessarii], sibi abstinentiam ab eorum [votorum] commutatione, in quibus agitur de praejudicio tertii. Quare in eo, quod pertinet ad vota, quamvis simplicia, seu*

¹⁹ Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 113, art. 1, Ad quartum dubium. — ¹ Decal., lib. 3, cap. 7, § 6, num. 3; et cap. 17, § 2, num. 15. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, in 2^{am} Praecept., cap. 49, n. 10. — Bull. *Convocationis*, 25 Novembr. 1749, § 32. —

si fiat per Ordinarium; si vero fiat per privilegium, prodesse in conscientiae foro.

¹⁹ Bañez, in 2^{am} 2^{ae}, ad qu. 62, *Praeambul.* de Dominio, disp. 5, dub. 2, perspicue id

Perseverantiae, seu alia emitte solita in aliqua Congregatione vel communitate; et in vota obligatoria a tertio acceptata, non se ingerant. Ita praefatus Pontifex Noster, apud Fr. Theodorum a Spiritu Sancto².

— Qui³, quaestionem proponens, an votum vel juramentum perseverandi, emisum in Congregationibus a sacerdotibus, sive mulieribus oblatis, possit commutari in vim jubilaei: respondet negative, hanc rationem adducens: *Non quia reservatum; sed quia per modum contractus onerosi emissum est, ultro citroque obligantis.*

Nunquam enim Summus Pontifex confert facultatem ad commutandum vota, ubi laeditur jus aliorum, ex cap. Cum ordinem, de rescript. Nec obstat, quod votum hoc perseverandi principaliter fiat in Dei cultum, secundario in Congregationis obsequium. Quia hoc non adimit, quin sequatur inter votentem vel jurantem et Congregationem, contractus ex utraque parte obligatorius; et proinde quin jus Congregationi quaesitum laederetur, si, ejus irrequisito consensu, votum emissum commutaretur... Ex eadem ratione sequitur, commutari non posse votum seu juramentum ab alumnis collegiorum emissum, quod operam navabunt sacris missionibus per aliquot annos ad infidelium vel haereticorum conversionem, etc.: cum... de tertii praejudicio tractetur. Ita praedictus auctor.

— Et idem SS. Pontifex Benedictus XIV in bulla *Inter praeteritos* (edita die 3 Decembri 1749) sic ait: *Quod vero attinet ad commutationem votorum, in quibus de tertii praejudicio agitur, quae quidem potentiaris interdicitur, apposite sane scribit Suarez⁴. Circa vota Perseverantiae, quae a quibusdam sunt dum aliquam Congregationem ingrediuntur; quaeque naturam assumunt contractus et reciprocæ obligationis inter ipsos et Congregationem, quae eosdem recipit, a quibus*

² Tract. de Jubil., append. — ³ Tract. de Jubil., cap. 11, § 2, n. 10. — Bull. *Inter praeteritos*, 3 Decembr. 1749, § 5, num. 66. — ⁴ De Relig., tract. 6, de Voto, lib. 6, cap. 15, num. 7.

significat, dicens promissionem simplicem obligare « ex virtute fidelitatis et veritatis, ita ut qui eam non servaverit, sit mendax et foedifragus ».

Potestas
dispensandi
com petit
praelatis fo-
ri externi.

poenitentiarii dispensare non possunt, [valde ad rem loginatur P. Syrus].

256. - « Resp. II^o. Potestas dispensandi « convenit omnibus praelatis, qui habent « jurisdictionem in foro externo, vel pri- « vilegium. — Lessius¹, Sanchez² et com- « muniter.

« Unde dispensare possunt sequentes: « 1^o. *Papa*, respectu omnium fidelium, in « omnibus votis. — 2^o. *Episcopus*, respectu « suorum subditorum; non autem paro- « chus, quia tantum habet jurisdictionem « fori interni. Suarez³. — 3^o. *Praelati re- gulares exempti*, respectu suorum reli- « giosorum et novitiorum: idque circa « vota, quae vel in saeculo, vel etiam in « novitiatu fecerunt⁴. Lessius⁵, Sanchez⁶. « Non autem praelati non exempti, neque « abbatissae. Suarez⁷, Lessius⁸. [Ne- que *poenitentiarii*, neque *vicarii episcopi*, nisi facultas specialiter eis delegetur. Salmant. 7]. — « 4^o. Ex privilegio Papae, con- « fessarii ordinum mendicantium, secun- « dum concessionem et moderationem suo- « rum superiorum; ut notat Lessius⁸.

Quaeritur: *an Papa possit dispensare in votis solemnibus?* — Quoad clericos in sacris, bene probabiliter potest in voto castitatis; cum satis probabiliter hoc votum sit jure ecclesiastico tantum sacram ordinibus annexum. (Vide Lib. VI, n. 807). — Ita S. Thomas⁹; et Salmant.¹⁰ cum aliis, contra Gonet¹¹, etc.

Majus Dubium est: *an Papa possit dispensare in votis religiosorum?* — Negant Sotus, Silvester, Aragon¹², Turrianus, etc., apud Salmant.¹¹ — Quia vota

Syrus, Dilucidatio facult. minor. *poenit.*, part. 1, cap. 6, dub. 11. — ¹ Lib. 2, cap. 40, n. 115. — ² Decal., lib. 4, cap. 37, n. 22; et cap. 38, n. 20. — ³ Lib. 6, cap. 10, n. 3 et 11. — ⁴ Loc. cit., n. 107 et 133. — ⁵ De Matr., lib. 9, disp. 39, n. 43 et 44. — ⁶ Tr. 17, cap. 3, n. 84. — ⁷ Loc. cit., n. 133. — ⁸ Loc. cit., n. 134. — ⁹ 2^o 2^o, qu. 88, art. 11. — ¹⁰ Tr. 8, cap. 6, n. 10 et seqq. — ¹¹ Sotus, in 4, dist. 38, qu. 2, art. 2, concl. 2; cfr. de Just., lib. 7, qu. 4, art. 2. — ¹² Silvest., v. *Votum IV*, qu. 5. — *Fran- cisc. Turrian.*, de Votis monast., lib. 2, fol. 37¹³. — ¹³ Tr. 15, cap. 1, n. 41. — ¹⁴ In 4, dist. 38, qu. 1, art. 4, solut. 1, ad 3. — ¹⁵ Tr. 15, cap. 1, n. 42. — *S. Anton.*, part. 2, tit. 11, cap. 2, § 9. —

256. — ^{a)} S. Alphonsus, *in Hom. apost.*, tr. 5, n. 42, addit: « Saltem possunt suspendere illa, quatenus praejudicant novo vita statui».

^{b)} Suarez, lib. 6, cap. 10, n. 13 et seqq.; et cap. 11, n. 8, quoad omnia consentit, excepto quod de abbatissis non loquatur.

haec sunt essentialiter annexa statui religioso, de jure divino.

Sed probabilius et communius affir- « mant S. Thomas¹²; et Salmant.¹³ cum S. Antonino, Palao, Suarez, Lessio, Sanchez, Pontio, Cajetano, Lezana, Pellizzario.

— Et licet videatur S. Thomas se revo- « casse¹⁴; verum Cajetanus¹⁵, ac Salmant.¹⁶ cum Azor et Basilio, non inepte S. Do- « ctorem explicant intellectuisse, Pontificem in eo tantum sensu non posse dispensare cum monacho, ut simul sit conjugatus, et monachus remaneat. Caeterum in primo loco citato expresse docuit bene posse Pontificem dispensare, cum causa tamen urgentissima, nimurum ob bonum com- « mune Ecclesiae, vel alicujus regni aut provin- « ciae. — Ratio, quia recte censetur hoc Pontifici concessum, cui concessit Deus totius Ecclesiae regimen.

Certum est autem, Papam posse dispen- « sare in votis simplicibus, et episcopos in non reservatis. — Qua vero ratione pos- « sent, vide dicenda *de Matr.*, Lib. VI, n. 119.

Certum etiam est, quod omnes prae- « lati, qui jure ordinario habent facultatem dispensandi in votis, possunt eam etiam aliis delegare; ut Salmant.¹⁷

Quamvis autem, qui dispensandi facul- « tam habent, sive ordinariam sive dele- « gatam, nequeant vota propria irritare: quia nemo potest emittere votum sub con- « ditione sui consensus, ut certum est cum Sanchez, Palao et Croix¹⁸; bene tamen possunt ea secum dispensare, cum sit actus jurisdictionis voluntariae. — Ita Les-

Pal., tr. 16, disp. 5, punct. ult., n. 5. — *Suar.*, de Relig., tr. 7, lib. 6, cap. 16, n. 5. — *Less.*, lib. 2, cap. 40, n. 141 et 142. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 8, n. 7. — *Pont.*, de Matr., lib. 7, cap. 10, n. 2 et 4. — *Cajetan.*, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 11. — *Lezana*, Summa quest. regul., tom. 1, cap. 2, n. 6. — *Pelliz.*, tr. 3, cap. 5, num. 8; tr. 4, cap. 3, n. 108. — ¹⁴ 2^o 2^o, qu. 88, art. 11. — ¹⁵ Loc. cit. — ¹⁶ Tr. 15, cap. 1, n. 45. — *Azor*, part. 1, lib. 12, cap. 7, qu. 1, i. f. — *Basil.*, Pont., loc. cit., n. 8. — ¹⁷ Tr. 17, cap. 3, n. 88. — *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 24, n. 60. — *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 2, num. 5. — ¹⁸ Lib. 8, part. 1, n. 485.

^{c)} Gonet a Salmant. non citatur contra hanc sententiam: immo ipse tenet jure tan- tum ecclesiastico ordini annexum esse conti- nentiae votum, a quo potest a summo Pontifice dispensari. Vide *Clyp. de Matr.*, disp. 9, art. 6, n. 63; *de Ordine*, disp. 3, art. 3.

^{d)} Aragon, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 11,

Item pro-
babilius in
votis reli-
giosorum.

Vota re-
ligiosorum,
quomodo
dispensem-
tur a pre-
latis.

Vota sub-
stantialia, a
solo Ponti-
fice.

Vota no-
vitiorum, a
quibus dis-
pensentur.

Confessa-
rii regula-
res dispen-
sant a vo-
tis.

sed potest
secum dis-
pensare.

sius¹; Croix² cum Laymann, Suarez³, Sanchez⁴, Bonacina⁵, Filiuccio, etc.; Elbel⁶ cum Ilsung, qui asserit esse com- munem sententiam; contra Henno et alios aliquos.

257. — Vota autem religiosorum dispen- « sari possunt a suis praelatis, etsi fuerint emissa cum licentia ipsorum; et etiamsi fuerit votum transeundi ad strictiorem religionem, si utilius noscatur religiosum manere in sua. Vide Salmant.⁴ Sicut pos- « set etiam episcopus cum suis subditis dis- « penses in voto ingrediendi in arctiorem religionem, voto religionis quoad substanciali relictum; cum nullo jure talis dispen- « satio inveniatur reservata. Ita Lessius⁵; et Sotus⁶, Sanchez, Aragon⁷, Ledesma⁸, etc., cum Salmant.⁹ — Facultas autem dis- « penses potest a dictis praelatis de- « legari etiam simplici clero tonsurato. Vide Salmant.⁷

Vota tam- « enia substantialia vel ipsis an- « nixa, prout votum non edendi carnes, renuntiandi dignitates, etc., quae solent emitti in aliquibus religionibus, nequeunt dispen- « sari, nisi a Pontifice. — Est com- « mune cum Salmant.⁸

Praeterea, vota novitiorum, si non sunt reser- « vata, possunt dispensari tum a praelatis religionis, tum etiam ab episcopis propriis; ut docent Sanchez, Palau, Bo- « nacina, Pellizzarius, cum Salmant.⁹

Immo, ex communi DD. cum Lessius¹⁰; et Navarro¹¹, Sanchez, Palao, Tamburi-

¹ Lib. 2, cap. 40, n. 116. — ² Lib. 8, part. 1, n. 485; lib. 1, n. 799. — ³ Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 22, n. 81. — ⁴ Fill., tr. 21, n. 441. — ⁵ De Voto, n. 278. — ⁶ Ilsung, tr. 1, disp. 2, n. 49. — ⁷ Henno, Decal., disp. 2, qu. 3, art. 9, § 8 vers. Petes. 7. — ⁸ Tr. 17, cap. 3, n. 90 et 91. — ⁹ Lib. 2, cap. 40, n. 124. — ¹⁰ Sanch., Decal., lib. 4, cap. 42, n. 2. — ¹¹ Loc. cit., n. 91. — ¹² Loc. cit., n. 85. — ¹³ Loc. cit., n. 92. — ¹⁴ Sanch., loc. cit., cap. 39, n. 17 et 18. — ¹⁵ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 10, n. 2

vers. *Propter haec argumenta*, ita tenet ut longe probabilius, addens tamen oppositum sua non carere probabilitate.

^{e)} Suarez allegatur quidem a Croix pro- « sentientia docente praelatos posse secum dis- « penses; sed ipse Suarez, tr. 6, lib. 6, cap. 11, n. 4 et 5, id negat.

^{f)} Sanchez, de Matr., lib. 8, disp. 3, n. 8, 9 et 10; Decal., lib. 4, cap. 37, n. 45; Bonacina, disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 4, n. 31, consentiunt quidem; sed quoad eos qui dele- « gatam facultatem habent, requirunt ut facul- « tam generalem dispensandi acceperint.

^{a)} Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 3, art. 1, dub. 2, assert. 3; et qu. 4, art. 3, coroll. 2; Aragon, in 2^o 2^o, qu. 88, art. 8, dub. 1, concl. 5; Petrus de Ledesma, Summa, part. 2, tract. 10, de Voto, cap. 7, dub. ult., vers. Dico 1, assertum principale propugnant, nempe: vota religiosorum, etiam transeundi ad strictiorem religionem, posse a praelatis regularibus dispensari; non tamen loquuntur de paritate quoad hoc inter episcopos et praelatos regulares.

^{b)} Navarrus, Man., cap. 12, n. 79, v. Undecimo, dicit Minores et cum eis participantes,

Item lega-
ti, nuntii.

Capitulum,
sede vacan-
te, et abba-
tes.

Vota re-
servata.

Facul-
tas in reser-
vata requi-
rit expres-
sionem.

cessione illa non veniant, quae non esset quis verisimiliter in specie concessurus. Et est commune. — Vide Salmant.¹

Si vero concedatur facultas dispensandi reservata, ad omnia extenditur, si nullum votum excipitur. — Suarez, Palaus, etc. cum Salmant.²

Notandum II^r. Quod episcopi, et similem jurisdictionem habentes, possunt recte dispensare in votis reservatis in urgenti necessitate: puta, si non sit facilis accessus ad Papam, et in mora sit periculum gravis damni: vel spiritualis, prout violationis voti, scandali, rixarum aut alias peccati; vel periculum temporalis proprii aut alieni, nimurum gravis infamiae mulieris, et similium. — Ita Lessius³, Sanchez⁴; et Laymann, Barbosa, Suarez, Palaus, Silvester, Tamburinius et alii, cum Salmant.⁵

An autem eo casu possint in his votis dispensare etiam confessarii mendicantes?

Negant communius Tamburinius, Croix, Sanchez, Sporer, etc. — Sed Elbel⁶ cum Anacleto, Herincx^{a)}, Bassaeo, etc., putat probabile quod possint; quia episcopi tunc dispensant vero jure ordinario, ut valde probabiliter docet Lessius⁷ cum Navarro^{b)}, Silvestro^{b)} et Soto^{b)}. Vide dicenda Lib. VI, de Matrim., n. 1128, v. *Sed dubium*.

Hacce, de contrahendo matrimonio.

Aliud in contracto.

Adverte autem hic, quod praedicta procedunt, quando dispensatur votum reservatum, puta castitatis, ad contrahendum matrimonium; tunc enim requiritur, ut periculum sit in mora, et non pateat facilis recursus ad Papam. — Nam si matrimonium est jam contractum, etiam sine tali

¹ Tr. 17, cap. 3, n. 116. — *Suar.*, lib. 6, cap. 25, n. 5. — *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 13, n. 3. — ^a Loc. cit., n. 116. — ^b Lib. 2, cap. 40, num. 126, 127 et 129. — ^c *Decal.*, lib. 4, cap. 40, n. 32, 34 et 36. — *Laym.*, lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 16. — *Barbosa*, de Off. et Potest., episc., alleg. 37, n. 8 et 13. — *Suar.*, lib. 6, cap. 26, a. n. 9. — *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 12, n. 4. — *Silvestr.*, v. *Votum IV*, qu. 4. — *Tambur.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 16, § 4, a. num. 36. — ^d Loc. cit., num. 96 et 101. — *Tambur.*, loc. cit., § 4, n. 49. — *Croix*, lib. 3, part. 1, n. 563. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 43, n. 7. — *Sporer*, tr. 3, cap. 3, n. 55. — ^e De Voto, num. 279. — *Anaclet. Reiffen-*

posse in omnibus votis in quibus possunt episcopi, dispensare, excepto voto peregrinationis ultra duas diaetas.

^{258.} — ^{a)} Herincx ab Elbel citatur tamquam inclinans in hanc sententiam, sed non recte. Sane Herincx, tom. 3, tr. 4, disp. 4, n. 73, adducit Crousers putantem eam esse probabilem, et addit eamdem Bassaeo placere; ipse

periculo possunt episcopi, sicut et confessarii mendicantes, dispensare in voto castitatis ad petendum debitum. — Vide de *Matr.*, Lib. VI, n. 986, 987 et 1123.

Advertendum autem quod praedicta facultas, quae probabiliter conceditur episcopis, et aliis, quibus ab ipsis communicata est potestas dispensandi in votis reservatis, urgente necessitate, ut supra; non conceditur confessariis in jubilao habitibus a Papa facultatem dispensandi in votis simplicibus. Nam quod conceditur episcopis propter ipsorum ordinariam potestatem, non conceditur confessariis in jubilao. — Ita recte ait Fr. Theodorus a Spir. Sancto⁸.

Advertendum etiam quod dispensatio praefata non est concedenda, nisi quatenus necessitas obligat. Unde si sufficiet suspendi votum, non potest dispensari. Item, si dispensetur cum adstricto voto castitatis, ut nubat cum aliqua ad reparandum ejus honorem, nequit ille cum alia nubere. — Sanchez⁹; et Salmant. cum Laymann, Suarez, Palao, Tamburino, etc.

Notandum III^r. Quod praedicta vota minime sunt reservata:

¹ Si sint emissae sub obligatione levi; ut Sanchez¹⁰; et Salmant.¹¹ cum Palao, Trullench, etc.

² Si sint emissae ex metu, etiam levi, ab alio incusso; quia tunc non sunt facta cum plena libertate. — Salmant.¹² cum Tamburino, Bassaeo et Leandro, etc.

³ Si votum non sit perfectum ex parte materiae. — Et ideo, non est reservatum votum non nubendi, non fornicandi, non

stuel, Jus can., lib. 3, tit. 34, n. 40. — *Bass.*, v. *Votum VII*, num. 29. — ^f Loc. cit., n. 127. — ^g *De Jubil.*, cap. 11, § 2, n. 21. — ^h Loc. cit., cap. 40, n. 40. — *Salmant.*, loc. cit., n. 101. — *Laym.*, loc. cit., num. 16, v. f. — *Suar.*, loc. cit., cap. 26, n. 13. — *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 12, n. 6. — *Tambur.*, loc. cit., § 4, n. 39. — ⁱ *Decal.*, lib. 4, cap. 40, n. 47. — ^j Tr. 17, cap. 3, num. 103. — *Pal.*, loc. cit., punct. 12, n. 2. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 39, n. 14. — ^k Loc. cit., n. 103. — *Tambur.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 16, § 4, n. 41. — *Bass.*, v. *Votum VII*, n. 17. — *Leand.*, de Sacram., tr. 5, disp. 14, qu. 107; et *Decal.*, part. 2, tr. 1, disp. 17, qu. 94.

vero n. 71, oppositam sententiam tuetur, negans Mendicantes ea facultate gaudere.

^{b)} *Navarr.*, Man., cap. 12, n. 59 et 76; *Silvester*, v. *Votum IV*, qu. 4; et v. *Dispensatio*, n. 15; *Sotus*, de *Justitia*, lib. 1, qu. 7, art. 3, non afferunt istam rationem; et citantur a Lessio pro hoc asserto tantum, scilicet: episcopum posse dispensare in voto castitatis

Confessarii jubilaei non dispensant in necessitate.

Dispensatio in necessitate stricte metienda.

Non reservantur emissae sub levi.

Neque emissae ex metu etiam levi.

Neque imperfecta ex parte materiae.

petendi debitum; neque servanda virginitatis, si intendatur tantum conservatio illius: secus, si abstinentia ab omni actu venereo; neque votum castitatis pro aliquo tempore. — Neque votum emittebitur votum castitatis aut religionis, vel suscipiendo ordines sacros; quia non est votum castitatis factum, sed faciendum. Ita Laymann, Suarez, Palaus, Prado^{c)}, etc., cum Salmant.¹ — Neque votum servanda castitatis conjugalis. Salmant.² cum Sanchez, Trullench, etc.

^d Item, nec est reservatum votum religionis non approbatae. Nec votum peregrinationis ad Romam, etc. ^d, si non sit emissum sola devotionis causa, et praecise illorum locorum^{e)}; unde, si quis votet Romam ire ad visitandam imaginem S. Mariae Majoris, etc., votum non est reservatum. — Sanchez³; et Palaus, Fagundez, etc., cum Salmant.⁴

⁵ Quamvis vota sint reservata, non sunt tamen reservatae circumstantiae ipsorum; puta peregrinandi mendicando, in-

Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 8. — *Suar.*, lib. 6, cap. 21, n. 7; et cap. 24, n. 2. — *Pal.*, tr. 15, disp. 2, punct. 11, n. 1. — ^f Tr. 17, cap. 3, n. 104. — ^g Loc. cit. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 4, cap. 40, n. 50. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 39, n. 17. — ^h Loc. cit., cap. 40, n. 77. — *Pal.*, loc. cit., n. 3. — *Fagund.*, *Decal.*, lib. 2, cap. 43, n. 14. — ⁱ Loc. cit., num. 105. — ^j Loc. cit., num. 74. — *Pal.*, loc. cit., punct. 11, num. 4. — *Tambur.*, lib. 3, cap. 16, § 4, n. 31.

in solo casu quo adsit magnum periculum incontinentiae, et non pateat recursus ad Pontificem.

^{c)} Prado, tom. 2, cap. 31, qu. 14, n. 89, ita profecto tenet, sed de solo voto ordines assumendi disserens.

^d S. Doctor, in *Hom. apost.*, tr. 5, n. 46, de hoc voto scribit: « Ita nec votum proficiendi Romanum, nisi sit emissum causa devotionis, et praecipue ad visitanda SS. Apostolorum limina ».

^e Ut votum peregrinationum reservatum censeatur emissum, non ratione devotionis erga loca ista, sed ad alium finem, autores hic relati requirunt ut alius iste finis sit expressus; si autem absolute voeatur, nullo considerato fine, reservatur ejusmodi votum; censemur enim modo ordinari emissum.

^f Palaus, loc. cit., punct. 11, n. 6, i. f., affirmit quidem votum esse reservatum, si pars reservata jam electa fuerit; sed requirit ut voto novo haec electio fiat, negans satis esse solum propositionem: « Si partem illam reservatam, inquit, tua intentione determinares, ita ut ab ea determinatione resilire non posses, quod cum non solo proposito, sed novo voto faciendum

grediendi religionem arctorem: potest enim episcopus dispensare, ut is ingrediatur laxiorem; item, si votum sit ingrediendi statim, potest episcopus cum causa dispensare, ut differatur ingressus. — Sanchez⁵; et Palaus, Tamburinius, Bassaeus, etc., cum Salmant.⁶

⁶ Nec est reservatum votum disjunctum, puta religionis aut jejunii, saltem si non elegerit partem reservatam; ut Sanchez⁷, Lessius⁸; et Palaus, Laymann, etc. cum Salmant.⁹ — Dubium est: an sit reservatum, si pars reservata jam electa fuerit? Affirmant Sanchez, Palaus¹⁰, etc., Sed probabiliter etiam negant Salmant.¹⁰ cum Leandro¹¹, Tamburino et aliis pluribus; juxta dicta num. 224, v. *Quaeritur hic*.

An autem episcopus post matrimonium contractum dispensare possit votum castitatis, emissum a conjugi? Vide dicenda de *Matrim.*, Lib. VI, n. 986 et 987, ubi probabile est cum Sanchez¹² et aliis, posse, sive votum sit emissum ante, sive post

Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 28. — *Bass.*, v. *Votum VII*, supplem., n. 16, sub 17 et 18. — ^f Loc. cit., n. 106. — ^g *Decal.*, lib. 4, cap. 40, n. 42. — ^h *Lib.* 2, cap. 40, n. 132. — *Pal.*, loc. cit., punct. 11, n. 6. — *Laym.*, loc. cit., cap. 8, n. 12. — ⁱ Loc. cit., n. 107. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 40, n. 43. — ^j Tr. 17, cap. 3, n. 107. — *Tambur.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 16, § 4, n. 31.

sit, quo scilicet te obliges ad partem reservatam exsequendam, necessario tale votum reservatum erit».

^{g)} Leander, part. 1, tr. 5, de *Poenit.*, disp. 14, qu. 143; *Decal.*, part. 2, tr. 1, disp. 17, qu. 108, revera docet id esse probabile; sed tr. 5, de *Poenit.*, loc. cit., dicit probabilius esse ideoque tenendum, votum, electa materia reservata, reservatum fieri.

^{h)} Sanchez, de *Matrim.*, lib. 8, disp. 11, n. 3 et 4, dicit episcopum posse conjugem a castitatis voto dispensare, si votum sit emissum post matrimonium consummatum; si vero ante matrimonii consummatum et cum animo religionem ingrediendi, non posse; si denique hunc animum vovens non habuerit, vel se habuerit negative, posse etiam ab episcopo dispensari. Casu autem quo animus religionem

ingrediendi adfuerit, episcopum adhuc posse dispensare quoad petitionem debiti post consummatum; secus vero, post ratum dumtaxat matrimonium. Et in disp. 12, n. 4 et 6, absolute docete episcopum posse dispensare quoad petitionem debiti, sive ante sive post matrimonii consummatum, etiamsi ante matrimonium votum fuerit emissum.

Nec votum disjunctum,

etsi pars reservata electa fuerit.

Episcopus dispensat conjugem post matrimonium.

matrimonium. — Et idem posse confessarios mendicantes, dicitur *ibid.*, n. 1128.

Sed plures hic remanent Quaestiones resolvendae.

259. — Quaeritur 1^o. *An juramentum castitatis sive religionis sit reservatum pariter ac votum?* — Adsunt tres sententiae.

Prima sententia affirmat cum Lessio, Filiuccio, Laymann et Azor, apud Viva¹. Quia in aequiparatis, dispositum de uno censemur etiam de altero, ex cap. *Si postquam, de elect., in 6^o*. — Sed haec ratio non videtur satis firma: dum communiter docent DD. vinculum voti, quod obligat ex fidelitate et reverentia erga Deum, majus esse vinculo juramenti, quod obligat tantum ex reverentia; ut docet S. Thomas². Et ideo talia juramenta a Pontificibus non solent reservari; ut dicunt Viva³, et Diana⁴ cum aliis.

Seconda sententia cum Sanchez⁵, et Soto⁶, Cajetano⁷, Azor⁸, Valentia⁹, et Salmant.¹⁰ cum aliis, distinguit: Si juramentum includat votum, seu promissio nem obligatoriam erga Deum, dicit esse reservatum; secus, si non includat. — Sed haec sententia nec etiam videtur congruenter loqui. Nam quando supponuntur in tali juramento adesse duo vincula, scilicet juramenti et voti; tunc dicendum votum esse reservatum, sed nonjuramentum.

Tertia igitur sententia cum Viva, et Diana¹¹ cum Trullench¹², Tabiena, Ledesma, Pellizzario, etc. (et probabilem vocat Sporer¹³ cum Tamburinio), congruentius loquitur, et tenet quod minime sit re-

¹ Less., lib. 2, cap. 42, n. 58. — ² Fill., tr. 25, cap. 9, n. 278. — ³ Laym., lib. 4, tr. 3, cap. 11, n. 4, vers. ⁴ Tertia. — ⁵ Azor., part. 1, lib. 11, cap. 10, qu. 3. — ⁶ De Jubil., qu. 12, art. 2, num. 12. — ⁷ 2^a 2^a, qu. 89, art. 8. — ⁸ Loc. cit., n. 12. — ⁹ Part. 4, tr. 4, resol. 69. — ¹⁰ De Matrim., lib. 8, disp. 13, n. 4 et 5. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² De Jubil., qu. 12, art. 2, n. 12.

259. — ^a) Sotus, *de Just.*, lib. 8, qu. 1, art. 9, in fin. corp.; Cajetanus, in 2am 2ae, qu. 89, art. 9; Valentia, in 2am 2ae, disp. 6, qu. 7, punct. 4, § 3, vers. ^b) Notandum est; Salmant., tr. 17, cap. 3, n. 108, primam sententiam tuerint, asserentes absque ulla distinctione ejusmodi juramenta esse reservata. — Azor pariter, ut supra retulit S. Alphonsus, eamdem sententiam tenet.

^c) Diana, loc. cit., concedit quidem probabilem esse sententiam, quae negat esse reservata illa juramenta; sed ipse adhaeret oppo-

servatum tale juramentum; et si forte in ipso sit votum inclusum, votum equidem erit reservatum, sed non juramentum. Et hoc puto vere intellexisse Sanchez⁷.

Sed Dubium magnum est: *quandomam judicandum sit, votum inclusum adesse vel non, in tali juramento?*

Sanchez⁸, Diana⁹ et Viva¹⁰ putant, ut plurimum in tali juramento includi etiam votum; maxime, ait Sanchez¹¹, quando offertur res divinum honorem respiciens.

Admittit tamen posse dari tale juramentum sine voto, quando quis inducitur ad jurandum ab aliquo motivo humano; puta, si ob officium amissum vel ex ira erga propinquos, juret religionem.

Sed proprius loquendo, dicendum esse censeo, quod, si talis jurans intenderit se obligare ad religionem duplice vinculo, nempe voti seu promissionis obligatoriae sub gravi, et amplius vinculo juramenti; tunc, licet dispensetur a juramento, remanet tamen ligatus voto. — Sed si intenderit se graviter obligare tantum vinculo juramenti: ita ut emitat juramentum religionis, non ad firmandam alio vinculo suam promissionem, sed ad firmandum suum nudum propositum, seu promissionem de se non obligatoriam; tunc teneatur sub gravi tantum ex vinculo juramenti. A qua obligatione per relaxationem juramentorum omnino liberatur; quia tunc obligavit se Deo, non ut creditor suam promissionem acceptanti, sed ut testi exigenti veritatem sui testimonii in re promissa seu proposita; ut in hoc

Quando votum censeatur inclusum.

recte loquitur Sanchez¹ cum Lopez et Valentia.

In dubio autem an adfuerit tale votum sive promissio obligatoria, jam communis est regula, quod votum dubie emissum non obligat.

260. — Quaeritur 2^o. *Utrum commutato voto reservato, materia subrogata etiam reservata sit?*

Affirmant Azor et alii, apud Leandrum; quia tunc idem vinculum voti transfertur in illam. — Sed communiter et probabilius negant Lessius², Sanchez³; et Suarez, Laymann, Palaus, Tamburinius, Basius, cum Salmant.⁴. Ratio, quia, licet materia subrogata habeat idem vinculum voti, sed cum non sit reservata, secum minime trahit reservationem, quae primae materiae tantum addicta erat.

261. — Quaeritur 3^o. *An votum conditionale castitatis, etc., sit reservatum?*

Praenotandum 1^o. Quod, si conditio sit de praeterito vel praesenti, certe votum remanet reservatum; quia tunc revera non dicitur conditionale, sed absolutum: cum conditio non suspendat obligationem. Vide Salmant.⁵ — Idem dicendum, si conditio sit de futuro necessario, quae habetur ut non apposita; vel etiam de futuro contingente, quod sit commune, v. gr. *Si vixero, si potuero*, etc. — Idem, si conditio apponatur animo suspendendi non obligationem, sed

Item, de futuro necessario, vel contingente communis.

Item, apposita ad differendam executio-

¹ De Matr., lib. 8, disp. 13, n. 4. — ² Ludov. Lopes, Instr. nov., part. 2, de Clavib., cap. 9, v. *Ad punctum denique*. — ³ Valent., in 2am 2ae, disp. 6, qu. 7, punct. 2, vers. *Secundum est*. — ⁴ Azor., part. 1, lib. 11, cap. 19, qu. 11. — ⁵ Leand., part. 1, tr. 5, de Poenit., disp. 14, qu. 144. — ⁶ Decal., part. 2, tr. 1, disp. 17, qu. 118. — ⁷ Lib. 2, cap. 40, n. 124, vers. *Septimo*. — ⁸ Decal., lib. 4, cap. 40, n. 46. — ⁹ Suar., lib. 6, cap. 20, n. 15. — ¹⁰ Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 13. — ¹¹ Pal., tr. 15, disp. 2, punct. 11, n. 5. — ¹² Tambur., Decal., lib. 3, cap. 16, § 4, n. 33 et 34. — ¹³ Basil. Pont., de Matrim., lib. 8, cap. 8, num. 24. — ¹⁴ Tr. 17, cap. 3, num. 109. — ¹⁵ Tr. 17, cap. 3, num. 110; et tr. 9, de Matrim., cap. 7, num. 1. — ¹⁶ Tr. 17, cap. 3, num. 110. — ¹⁷ Loc. cit., num. 111. — ¹⁸ Sotus, de Just., lib. 7, qu. 2, artic. 1, ad 4 arg.; et qu. 4, artic. 3, vers. *Unum vero dubium*. — ¹⁹ Azor., part. 1, lib. 11, cap. 10, qu. 3; et cap. 20, qu. 13. — ²⁰ Covar., in cap. *Quamvis*, de pactis, part. 1, § 3, num. 41. — ²¹ Tr. 17, cap. 3, num. 113. — ²² Lib. 2, cap. 40, n. 130 et 131. — ²³ Laym., lib. 4, tr. 4, cap. 8, n. 10. — ²⁴ Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 7, § 4, n. 17, vers. *Dixi modo*. — ²⁵ Loc. cit., n. 113. — ²⁶ Decal., lib. 4, cap. 40, n. 91, 92, 99. — ²⁷ Lib. 3, part. 1, n. 545 et 546. — ²⁸ Loc. cit., num. 114 et 115. — ²⁹ Tolet., lib. 4, cap. 18, i. f. — ³⁰ Trull., lib. 2, cap. 2, dub. 40, n. 3 et 5. — ³¹ Prado, tom. 2, cap. 31, qu. 14, n. 93 et 95. — ³² Petr. Ledesm., Sum., part. 2, tr. 10, cap. 8, part. 3, de dispensat. dub., vers. *Dico 2*. — ³³ Diana, part. 1, tr. 11, resol. 54 et 69; et part. 6, tr. 8, resol. 16. — ³⁴ De Voto, n. 286 et 287. — ³⁵ Sporer, tr. 3, cap. 3, n. 63 et 66.

261. — ^a) Suarez, lib. 6, cap. 22, num. 11, de voto conditionalis disputat, et sic revera tenet. At cap. 23, n. 6 et seqq., de voto poenali cum distinctione loquitur, negans esse reservatum, si poena in peccati vindictam apponatur; si vero poena fuerit medicinalis, n. 13, reservatum esse votum poenale affirmat.

^b) Palaus, tr. 15, disp. 2, punct. 12, n. 15, veriore et probabiliorem hanc sententiam appellat.

^c) Filiuccius male citatur ab Elbel pro

executionem voti; v. gr.: *Voveo ingredi religionem, si vigesimum annum attigerem*; *si cursum studiorum consummavero*. Vide Salmant.⁶

Conditio ne nondum sit impleta, potest votum dispensari a quocumque habente facultatem ordinariam; quia reservatio intelligitur de obligatione consummata. — Est commune cum Salmant.⁷

Magnum Dubium est: *an sit reservatum votum conditionale de futuro, conditione jam impleta?* — Adest triplex sententia probabilis.

Prima affirmat, sive votum sit conditionale sive poenale: quia, verificata condizione, perficitur votum, et fit absolutum ac si tunc esset emissum. Ita Sotus, Azor, Covarruvias, etc., apud Salmant.⁸. — *Seconda* sententia dicit reservatum quidem esse votum conditionale, non autem poenale: cum poenale non fiat ex affectu ad religionem aut castitatem; immo potius ex horrore erga illas, dum promittitur in poenam. Ita Lessius⁹; et Laymann, Suarez¹⁰, Bonacina, etc., apud Salmant.¹¹.

Tertia vero sententia valde probabilius, quam tenent Sanchez¹², Croix¹³, Salmant.¹⁴ cum Toledo, Trullench, Prado, Ledesma, Diana et pluribus aliis (et Elbel¹⁴ vocat probabilissimam cum Palao¹⁵), Filiuccio¹⁶, Sporer et Marchant¹⁷), docet omnia

longe pro babilius, neutrum re servari.

Alii distin guent poenale et conditionale.

sitae opinioni, quae scilicet asserit esse reservata. — Et pro hac sententia adducit Trullench, qui revera in *Exposit. bull. Cruciat.*, lib. 1, § 7, cap. 3, dub. 5, n. 4, eam tenet, affirmans ut probabilius et verius, ejusmodi juramenta reservata esse.

^c) Diana dicit, loc. cit. supra: « Omne juramentum Deo factum includere votum ».

^d) Sanchez, loc. cit., putat in juramento votum includi, si quis juret « respiciendo Deum, quasi aliquid volens illi offerre in suum obsequium ».

vota sive conditionalia sive poenalia, non esse reservata. — Ratio, quia votum, ut sit reservatum (prout admittere videntur omnes, etiam auctores secundae sententiae), debet procedere ex perfecto et solo affectu ad rem promissam: sic enim reservatio intelligenda est. Votum autem poenale tale non est, ut patet; neque votum conditionale, ubi conditio praeferitur rei promissae, et ideo principalis affectus magis est ad conditionem. Quare, licet, impleta conditione, reddatur obligatio absoluta; votum tamen, cum procedat ex affectu imperfecto, non est reservatum. — Secus tamen dicendum, ut bene ait quidam Neotericus (Fr. Theodorus¹), si quis voveret religionem cum conditione, v. gr. *si mater obierit*: quia tunc votum potius est absolutum; quamvis ad executionem,

durante matris vita, non obliget: particula enim *si* non raro aquivalet particulae *quando*.

262. - Utrum autem *peregrini possint dispensari ab episcopo loci ubi reperiuntur, in votis et juramentis?*

Probabilius negatur cum Sanchez², Salmant.³ et aliis communiter; contra Pontium, Palaum⁴ et Joseph de Januario: nisi animum saltem habeant manendi ibi per majorem anni partem. — Vide tamen quae fuse de hac quaestione diximus Lib. I, de Leg., n. 158. Et vide etiam dicenda n. 332, v. *An autem*, ubi satis probabile est cum Suarez, Pontio, Salas, Palao, Sanchez, Salmant., etc., peregrinos fieri vere subditos superioris illius loci ubi sunt, etiamsi per breve tempus ibi commorarentur.

Quando
episcopus
dispenset
cum pere-
grinis.

Exceptio.

¹ De Jubil., cap. 11, § 2, n. 9. — ² De Matrim., lib. 8, disp. 23, n. 12 et 13. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 55 et 58. — ⁴ Pont., de Matrim., lib. 8, cap. 4, n. 7. — *Jos. de Januar.*, Resolut. mor., part. 1, resol. 64, n. 12. — *Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, num. 7 et seqq. — *Pont.*,

de Matrim., lib. 5, cap. 7, num. 14. — *Salas*, de Legib., disp. 14, sect. 4, num. 40 et seqq., et num. 50. — *Pal.*, tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 3, num. 11 et 12. — *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 12, num. 37. — *Salmant.*, tr. 11, de Legibus, cap. 3, num. 56 et 58.

tr. 3, tit. 4, qu. 4, dub. 4, resol. 2, cas. 7, non solum probabilissimam dicit, sed absolute hanc sententiam tuetur.

262. - ^{a)} Palaus, *tr. 3, disp. 6, punct. 7, § 2, n. 5 et 6*, concedit profecto peregrinos ab

episcopo loci posse in iis dispensari; sed tantum «urgente causa», ex praesumpta Ordinarii voluntate. Praeterea negat satis esse habitationem, quae ad breve et exiguum tempus tantum producatur.